Dm nobiles et prudentes domini nostri cam

liber primus

Caxt. L
Sign. 7b.

[...] quodlibet offitium prioratus tene[atur] [...] reficere in prandio atque abo[...] [...] xpi et apostolorum suorum [...] tredecim reuerentiam pauperes [...] [...]tis diebus.

Dum ad protegendam rem publicam perusinam sit potissimi redemptori et saluatori domino yhu xpo et eius apostolis reuerentia adibenda, cum nisi dominus custodierit Ciuitatem frustra uigilat qui custodit eam, presenti capitulo duximus statuendum, Quod quodlibet offitium prioratus Artium Ciuitatis perusij possit teneatur et debeat suis sumptibus et expensis sub pena centum librarum denariorum diebus infrascriptis de anno in annum et de tempore in tempus in prandio potu et abo reficere et refecta facere in palatio residentie dictorum dominorum priorum Tredecim pauperes uidelicet - Prioratus qui fuerit de mensibus Januarij et februarij in festiuitate beati Constantij - Et prioratus de mensibus Martij et aprilis in pascate resurrexionis dominice Et prioratus de mensibus Maij et Junij in solempnitate pascatis pentecosten / Et prioratus de mensibus Julij et Augusti in solempnitate uirginis gloriose de mense Augusti / Et prioratus de mensibus Setenbris et Octobris in festiuitate beate uirginis de mense Setembris / Et prioratus de mensibus nouembris et decenbris in natiuitate dominica saluatoris Qui sua miserante clementia dignetur saluare et protegere rem publicam perusinam in statu libero pacifico et tranquillo, et a malignorum incursibus liberare./

De modo et ordine eligendi dominos potestatem, capitaneum populi maiorem sindicum conseruatorem iustitie comitatus perusij et capitaneum custodie palatij dominorum priorum.

Ut Ciuitas perusina bonis et fidelibus rectoribus et offitialibus gubernetur et ne priuata affectione aliqua sicut in preteritum extitit damnabiliter obseruatum electiones potestatis Capitanei et aliorum offitialium forensium procedant in posterum presenti capitulo duximus statuendum Quod fiat et fieri possit et debeat Sacchettus de infrascriptis comitatibus pro electione pro electionibus potestatis et capitanei et maioris sindici et Judicis Justitie Ciuitatis et comitatus perusij - uidelicet de Ciuitate Venetiarum - Ciuitate Janue - Ciuitate Bononie - Ciuitate pisarum - Ciuitate lucana - Ciuitate Pistorij - Ciuitate Vulterarum - Ciuitate Senarum - Ciuitate Ancone - Ciuitate firmi - Ciuitate Hesculi - Et terra Nursie - Pro electione quoque conseruatoris Justitie comitatus perusij et Capitanei custodie palatij dominorum priorum, fieri debeat Sacchettus de infrascriptis comitatibus uidelicet - de Ciuitate Venetiarum - de Ciuitate Janue - de Ciuitate Bononie - de Ciuitate pisarum - de Ciuitate lucee - de Ciuitate Senarum - de Ciuitate Ancone - de Ciuitate firmi - de Ciuitate Aretina - de Ciuitate Interamnis, Non obstante quod dicta Ciuitas non distet per quadraginta miliaria a confinibus Ciuitatis perusij - Et de terra Nursie - Qui quidem Sacchetti fiant et fieri debeant uidelicet duo per Cancellarium comunis perusij, et cedule continentes nomina talium comitatum in pallucteis debeant ordinarj Et micti debeant in capsa aliorum sacculorum offitialium comunis perusij Et quod per quatuor menses ante finem offitij cuiuslibet ipsorum in consilio populi ubi publicantur alij offitiales de dictis sacculis uel altero eorum prout opus fuerit sorte extrahantur et extrahi debeant tres pallucte Et quod prout extracte fuerint seruato ordine gradus prime secunde et tertie Ita lictere dirigi debeant comunitatibus publicatis - decernentes Quod cancellarius seu abreuiator reformationum comunis perusij teneantur et debeant statim facere tres licteras pro quolibet offitio eligendo sigillatas sigillis comunis perusij sine epigramate et etiam notulam cuiuslibet offitialis eligendi similiter sigillatam, in quibus quidem licteris substantialiter exprimatur, quod tales comitates uelint eligere huiusmodi offitialem eligendum corum cum pro tempore cum offitio arbitrio offitialibus familia equis salario modis et conditionibus in cedula declaratis - Et quod illo tunc facta tali publicatione talium comitatum,

quarum nomina solum debeant declarari do-
minis prioribus ibidem existentibus et non
aliis sub pena quingentarum librarum tales
littere suprascripte debeant sicut publica-
te fuerint in ordine gradus et assigna-
ri debeant cursori seu cursoribus ibidem
parato seu paratis quem cursorem un-
um vel plures Conservatores monete
comunis pisani teneantur mittere et de-
beant dicto Cancellario seu abreviato-
ri petenti sub dicta pena expeditum
pecunia aditer illico assumendum Qui
cursores illico omni mora postposita
teneantur iter assumere et litteras nu-
lli eas ostendere vel pandere quo per-
gat sub dicta pena et easdem litteras
presentare videlicet primam prime
comitati publicate et si ad electionem
talis comitas processerit secundas litte-
ras teneatur et debeat secum referre
et ulterius non procedere cum aliis
duabus litteris Si vero prima com-
itas non acceptabit suscipiat ab ipsa
responsionem et ad secundam pergat co-
munitatem et si acceptabit procedat pro-
ut superius in prima exprimitur Et
si non acceptaverit ad tertiam pergere
debeat et ab ipsa responsum procurare
de acceptatione vel renumptiatione Decer-
nentes quod in casu quo aliqua ex dictis
tribus comunitatibus electionem fecerit quod
cursore redeunte inmediate per dictum
cancellarium seu abreviatorem comita-
tes que electionem non fecerint seu
quibus littere non fuerint presentate
reinsacculari debeant in sacchettis seu
sacchetto unde primitus fuerant pu-
blicate Si vero nulla ex publicatis
comunitatibus electionem fecerit quod cur-
sore cum responsalibus litteris redeunte
statim pro electione cuiuslibet offitialis
eligendi de dictis sacchettis vel altero
eorum ut supra promictitur ordinadis
tres alie comitates publicari debeant et
forma superius tradita observari Et pre-

prime que electionem ut supra non fecissent
reinsacculari debeant prout de aliis supra
est expressum Et similiter procedatur et
procedi debeat et observari in aliis et de
aliis quousque electiones facte fuerint
vel aliqua earum iuxta exigentiam pre-
missorum Statuentes quod quicumque ex
talibus offitialibus eligendis per tales co-
munitates vel aliquam earum quibus
vel cui pro parte comunis pisani huius-
modi littere dirigentur electus fuerit
et acceptaverit quod eo ipso intelligatur
esse et sic electus in offitialem dicti com-
unis ad offitium huiusmodi cum et sub
illis offitialibus familia equis salario pa-
ctis modis et conditionibus in notula cum
litteris dirigenda quomodolibet decla-
ratis quam notulam cursores secum
semper referre debeant et teneantur
et per inde talis electio habeatur in
omnibus et quo ad omnia in utraque pa-
rte et possit et debeat quo ad omnia et
singula omnibus et singulis exequi et
efficaciter observari per inde ac si con-
tractus utrinque et legitime celebratus
esset cum pactis modis menbris et so-
lempnitatibus oportunis Et decreve-
runt quod habita responsione super electio-
ne et acceptatione facta de domino
potestate Capitaneo populi et maiori
Sindico et capitaneo custodie palatii
dominorum priorum vel aliquo eorum
electionarii notarii et sindici de saccu-
lis comunis pisani publicati et etiam
qui publicabuntur in posterum possint
electiones in forma auctentica talibus
electis et qui acceptaverint presentare et
contractus facere iuxta electionis exigen-
tiam et tenorem Et habeant et habere
possint et debeant a Conservatoribus mo-
nete comunis pisani ad mandatum domi-
norum priorum Artium Civitatis pisane
solum visa eorum electione salarium
consuetum Conservatori vero Iustitie
comitatus pisani in cuius adventu pre-
sentari possit et debeat electio per Sindicum
comunis pisani qui pro tempore fuerit in

aurj sigillum facere ipsorum neglexeritis infra ter
minum supradictum. Bonos uero expertos et pro
bos duos notarios notos et legales sex. domi
cellos octo. berruarios quadraginta armis
aptos et eodem panno inductos. Unus quorum
uero nostrorum Ciuium familiaritatis succidatur
esse debeat barbitonsor. officiales et famili
ares prefatos tenemini dominis uestris salario su
mptibus et expensis. Significantes ad cau
telam quod nullus potest ex nostrorum statutorum
et ordinamentorum formam esse potestas uel
alius offitialis nostri comunis qui Ciuis co
mitatensis uel terrigena sit alicuius Ciui
tatis uel terre confinibus Ciuitatis nostre pro
pinque per quatraginta miliaria existat.
eius quod offitiales et domicelli per miliaria tri
ginta adminus. nec de aliquo loco uel terra
alicui tiranno subiecta nec consanguineus uel
affinis alicuius nostri ciuis limitatione confi
nium non obstante. nec etiam de Ciuitate
uel loco unde tempore uestre electionis
esset Capitaneus uel potestas Ciuitatis no
stre. Nec insuper potest esse potestas uel
alius offitialis Ciuitatis nostre ad aliquod
offitium in eadem Ciuitate eodem anno in
quo erit ad nostrum offitium de illa terra
uel loco de qua fuerit ipse potestas uel ali
quis alius offitialis nostri comunis. Debe
tis insuper nunc uel ante uestrum aduen
tum esse miles et militari cingulo in
signitus. In supradictis casibus contra dictam
formam nos uenire ad regimen prefatum
aut offitiales et familiares ducere expre
ssius inhibentes. Set ipsi offitiales et fami
liares esse debeant de uestra parte de qua
esse conuenit et uos ipsum. Debetis etiam ua
casse a dicto offitio potestarie et a quolibet
alio offitio in dicta Ciuitate pisis per conti
nuos octo annos. Uestri autem Iudices
per integros quinque annos. socij notarij
et domicelli per integros annos tres. Bero
narij uero et famuli per integros duos
annos. Debetis etiam tenere et habere
continue in dicta Ciuitate toto ante dicto
tempore octo equos de quibus saltem sex
sint armigeri ualoris triginta flor. aurj

adminus pro qualibet eorundem. Reliqui uero
adminus octo flor. aurj. pro quolibet. quorum
nullus ultra centum libras denariorum et mi
nus librarum uiginti nostre monete currentis
parue ualeat extimari. non tamen stabunt
ad emendam uel salarium comunis nostri
nisi postquam in Ciuitate nostra fueritis cum
equis prefatis. Et erunt dicti equi scripti
per notarium dominorum priorum in libris
comunis pisis uel alium notarium depu
tatum quantitatibus et modis debitis supra
dictis bullati et bullari facti per conseruato
res monete comunis nostri. et secundum
formam ordinamentorum et statutorum nostrorum
extimati et de illis dumtaxat qui extim
ati fuerint et bullati ut predicitur et
non de alijs ullo modo emendam habe
bitis a nostro comunj. Cum quibus
offitialibus familiaribus et equis esse
debetis in Ciuitate nostra ante Initium
dicti regiminis per quatuor dies ante.
Pro salario quoque uestro et omnium
predictorum suscipietis a comunj nostro
pro dicto tempore Mille nongentos flor.
de auro in sex mensibus pro rata solue
ndos sicut contingit hoc modo. videlicet
quod tertia pars dicti salarij dabitur uobis
primo mense regiminis ante dicti. Alia
tertia pars dicti salarij in medio uestri
offitij tempore. Reliqua uero tertia pars
non dabitur uobis donec fueritis sindi
cati. Et soluetis gabellam offitialibus co
munis nostri ad rationem duorum solidorum
denariorum pro qualibet libra totius salarij
ante dicti. Et ultra predicta habere po
teritis ab offitialibus abundantie comu
nis nostri quatraginta corbes granj
ad rationem trium flor. pro quolibet
corbe ad uestrum beneplacitum. non ob
stante quod granum maioris esset pretij
aliquo modo. Et ultra dictum sala
rium habere debetis et habebitis a com
unj pisis et a dictis offitialibus abundan
tie quinquaginta corbes spelte sine ali
quo pretio. Pro quo quidem salario de
bite facietis et exercebitis uos et offitiales

forma et contractus celebrari hinc inde cum so-
lempnitatibus oportunis. Decernentes quod
siquo tempore contingerit elige dominum et
massarium denuntia ad offitium conservatoris
tus comitatus Perusii quod eius electio teneat
vacatione aliqua non obstante. Et etiam
decernimus quod nullus ad offitium conserva-
toratus Iustitie elegi possit vel debeat qui
non sit miles vel saltem militari cingulo
debeat decorari ante eius adventum, nisi
adveniente casu aliquo necessitatis talis
dignitas remictatur in spetie alicui eligendo
per deliberationem consilii oportuni. Statue-
ntes etiam quod non obstante quod aliquis ex
dictis offitialibus ut supra premictitur
eligendis fuisset offitialis in Civitate vel
comitatu Perusii tempore regiminis positorum
Ecclesie quod elegi possit in potestatem
et capitaneum, maiorem sindicum conser-
vatorem Iustitie comitatus Perusii, seu capi-
taneum custodie Civitatis Perusii tali repu-
gnantia non obstante, et ad quodlibet a-
liud offitium Civitatis et comitatus Perusii
libere et inpune.

De offitio et electione potestatis Civitatis Perusii et eius electionis forma.

iiij Ut sub forma debita electio po-
testatis Civitatis Perusii procedat in
posterum, Statuimus quod offitium domini
potestatis dicte Civitatis sit et esse debeat
ordinatum, et ipsum exnunc sub hac forma
ordinamus. Et quod in omnibus et singulis
et quo ad omnia et singula procedat ob-
servetur et procedere et observari possit
et debeat iuxta et secundum formam
et exigentiam infrascripte notule electio-
nis eiusdem, aliquo quod loqueretur in contra-
rium non obstante. Cuius quidem no-
tule tenor talis est. Et sub hac forma
electio dirigi debeat oportune videlicet.

Strenuo militi cui he nostre lictere fu-
erint presentate. Priores Artium,
Consilium et comune Civitatis Perusii
salutem et copiam votivorum. Ad novi-
potestatis comunis nostri electionem novi-
ssime procedentes, fidemque sumentes indu-
biam de sinceritate vestre cordis, per
quam ad ipsum offitium vigore nostre com-
missionis dudum facte fuistis assumptus
pro tempore sex mensium proxime fu-
turorum Initiandorum feliciter in kalendis
.. proxime futuri et finiendorum deinde ad
sex menses continue subsequentes, electio-
nem infrascriptam vestre Magnificentie
per quam salutem nobis speramus afferri
et inposterum prodesse potius quam pre-
esse, cum pactis modis et conditionibus
inferius seriosissime denotatis, per infrascriptos
nostros electionarios et sindicum in
Christi nomine duximus porrigendam, se-
cundum quam teneminj et debetis ad-
implere et observare omnia et singula
et prout inferius denotantur. Vide-
licet quia debetis esse sacrosancte rom-
ane Ecclesie devotus, de ipsius que parte,
dicta guelfa, celator guelfus, et amator
comunis et populi Perusii, affectione par-
tis gebelline et alia qualibet procul
pulsis. Et si secus fama publica terre
vel provintie nostre vel aliunde nos
aliter contigerit in venire, electionem ipsam
exnunc decernimus non valere, et offi-
tium predictum in efficax censentes, ad
cuius regimen accedere exnunc prout
extunc intelligatur vobis et sic penitus
interdictum, ad nichilque pro vestro salario
vel expensis volumus obligari, receptio-
nem et adventum vestrum contra dictam
formam expressius protestantes. Et ut
ex his quelibet cesset suspictio decrevimus
in formam aquile nigre nos figuras vel
insignia per vos vel alterum non defer-
re. Debetis etiam ducere vobiscum et
tenere continue in regimine memorato,
Iudices expertos sufficientes et ydoneos
sex, quorum unus ad maleficia, reliqui ad
Civilia deputentur. Quorum duo esse de-
beant legum doctores, et instrumenta eorum
doctoratus publica deferre, et de ipsorum pu-
blici doctoratus in scriptis fidem facere cama-
rario comunis nostri, infra octo dies prin-
cipii vestri regiminis, pena centum florenorum

vestri et tota familia offitium regiminis an
tedicti. Et omnes et singulas ambaxiatas
itinera, offitia, et negotia per Civitatem co
mitatum et districtum pisi, dicto comu
ni, prefato tempore oportuna que essent
vobis iniuncta. Et omnes et singulas
exactiones omnium et singulorum comuni
nostro aquocumque debitorum, vel quomo
dolibet debendorum, que vobis commisse
fuerint per vos vestrosque offitiales et fa
miliares integre et efficaciter facietis.
Custodie Civitatis nostre semper vigi
lantius attendetis. Et pro predictis et
aliis quibuscumque, pro cartis, cera, lumi
ne, et aliis rebus, nichil a comuni no
stro, universitate aliqua, vel singulari per
sona, vos vestri offitiales, vel berruarii
petetis vel recipietis per vos vel alium ta
cite vel expresse, vel quovis quesito co
lore directe vel indirecte, ultra vel pre
ter salarium ante dictum. Salva ta
men certa parte lucri, quam habere
poteritis pro captionibus legiamis exba
nnitorum, quorum executio vel exactio
fiet tempore regiminis vestri. Et pro
inventionibus armorum, et exactionibus
collectarum, pretiorum fructuum, comunantiarum
et aliorum debitorum, et iurium dicti co
munis pisi, quando vobis committentur,
et nostrorum vobis concedant capitula sta
tutorum. Et ad supradictam exactionem
faciendam offitiales et familiares ve
stros deputabitis ordinatos. Et si qu
ando veneritis ad regimen prefatum
quod absit, vos infirmari vel mori contige
rit, vel ante, de dicto salario vel expen
sis, vel alio, nulla solutio vobis fiet
si personaliter non venietis, et dictum
offitium desieritis exercere, vel quod de
us avertat, vos mori contigerit exerce
re. Debetis insuper cuncta maleficia
infra dictum tempus complendi offitii so
lutio dicti salarii non fiet nisi pro ra
ta temporis, quo vos dictum offitium con
tigerit exercere. Debetis insuper cu
ncta maleficia punire, et infra nonnullos de

non potest habere
partem lucri de capt.
exbannitorum

animadversionem habere omnimodam, et ius
et iustitiam personarum exceptione remota
cuilibet observare. Statuta ordinamen
ta et reformationes et quasvis alias
provisiones comunis et populi pisani
et alias quascumque tam factas quam fa
ciendas, non obstante quod hinc non sint serio
sius declarata que pro expressis decla
ratisque penitus habeantur, observabitis et
facietis inviolabiliter observari. Debetis
etiam in et super civilibus causis quibus
cumque in Civitate pisana cognoscere.
et terminare. et ius et iustitiam cuilibet
dicere et ministrare secundum formam
iuris statutorum et ordinamentorum comunis
pisani. Cum in civilibus universalis co
gnitio etiam que ante competebat domino
Capitaneo populi pisani quomodolibet et
offitio potestatis Civitatis nostre, ad pre
sens sit offitio potestatis dumtaxat uni
versaliter attributa. Collaterales etiam
vestri in et super casibus provisis per
formam statutorum et ordinamentorum comu
nis nostri et super aliis, debent tamquam
sindici defendere iura comunis nostri. Et
etiam consulere dominis.. prioribus..
Conservatoribus monete.. Massariis.. et
offitialibus abundantie nostri comunis.
et cuilibet eorum sine aliquo salario vel
mercede, super casibus provisis seu non
provisis, iuxta et secundum nostrorum
exigentiam statutorum et ordinamentorum
fideliter et solerter. Cuiuslibet facul
tatis studium in nostra Civitate vigens,
augere pro posse tenemini, et cetera effi
caciter exercere, ad que tenebimini ad re
gimen supra dictum. Tenemini etiam
et debetis vobiscum ducere ultra offi
tiales et familiares predictos, quatuor,
milites socios expertos ad regimen terrarum
infrascriptarum, cum famulis et salariis in
frascriptis. Videlicet unum militem socium
cum quatuor famulis pro tempore seme
stralis in capitaneo de   adpotestariam

Montonis, cum ſalario Trecentarum quin
queginta librarum denariorum. et cum mu
neribus et honoribus et oneribus conſu
etis. dequibus centum libras habebitis
aconſeruatoribus monete comunis noſtri
ſine ſolutione gabelle. Et reſiduum a
comuni Montonis predicto. Et unum
alium Militem adregimen caſtri ſta
cte cum famulis quatuor. et ſalario
Trecentarum quinquaginta librarum. ſolu
endarum videlicet in hunc modum. per
comune noſtrum et conſeruatores mo
nete Centum libr. et comune ſtacte
ducentas quinquaginta libras. ſoluen
das ut ſupra per comune noſtrum
et comune ſtacte cum muneribus et
oneribus conſuetis. pro tempore ſeme
ſtrali in cepturo in kalendis nouenbris.
Et unum alium adregimen Caſtri
panicalis cum duobus famulis, et
ſalario ſexaginta flor. et cum mune
ribus et oneribus conſuetis. ſoluen
dorum per comune dicti caſtri pro
tempore ſemeſtrali in cepturo in ka
lendis menſis .. .. Et reliquum
militem adregimen Caſtri Sigilli pro
tempore ſemeſtrali incepturo in kale
ndis .. .. cum duobus famulis cum ſa
lario Triginta flor. de auro ſoluen
dorum per comune ſigilli. Et centum
librarum ſoluendarum per Conſeruatores
monete comunis noſtri. Et cum mu
neribus et oneribus conſuetis. Qui
Milites in dictis caſtris habeant iu
ridictionem ſecundum noſtrorum et
dictorum caſtrorum exigentiam ſtatutorum.
Debetis etiam de uobis et veſtris offi
tialibus familiaribus et equis mo
ſtram et aſſignam exquiſitam facere
adminus quatuor uicibus quolibet
menſe. et totiens quotiens per offitiales
comunis noſtri ad hec deputatos uel de
putandos fueritis requiſiti. Et deſcriptio
nes

no de mo ſtra potis

et remiſſiones facere in cancellaria com
unis noſtri, prout extitit conſuetum.
Finito dicto veſtro offitio et regimine
cum offitialibus et familiaribus ueſtris
proquibus reſpondere et efficaciter ſa
tiſfacere debetis cuicumque per Octo dies
ſtare adſindicatum in noſtra Ciuitate
debetis. Et balliationis veſtro offitio re
ddere tenemini omnimodam rationem
iuxta formam ſtatutorum et reformatio
num noſtrorum. Et infine offitii predicti
cum offitialibus et familiaribus eritis
ſindicati. Item tam dictis Octo diebus
ſindicatus prefixis quam dictis quatuor die
bus, quibus prius eſſe debetis ante ini
tium noſtri offitii moraturi in hoſpi
tio eritis quo uolueritis ueſtris tam
ſumptibus et expenſis. Nec pote
ritis ire adaliquius terre regimen du
rante tempore memorato. Sed ſtabitis
nec diſcedetis contra formam ordinamen
torum et ſtatutorum noſtrorum tempore
ſupradicto. Et inſuper non acceptabi
tis aliquod offitium in aliqua terra ui
cina Ciuitatis noſtre per uiginti quinque
miliaria infra tempus quinque annorum
adie depoſiti ueſtri offitii. Et in hec ſi
contra feceritis vos ueſtrique deſcendentes
et poſteri in Ciuitate comitatu uel di
ſtrictu noſtre Ciuitatis eligi uel aſſu
mi ad aliquod offitium non poteritis
quoquo modo. Apportabitis etiam
vobiſcum et infra decem dies poſt ini
tium ueſtri offitii offitialibus maſſa
riarum noſtri comunis aſſignabitis
et tradetis tot baliſtas bonas adelec
tam dictorum noſtrorum offitialium maſſa
riarum, que ſint et eſſe debeant ualoris
et examationis uiginti flor. de auro. et
quatuor pauenſia demelioribus que
habebitis. Noſcatis etiam quoddam ca
pitulum ſtatuti noſtri, inter cetera continens,

no de pauenſibus et baliſtis cum ſignaculis ... x ...

Qr potestas et Capitaneus et alij nostri
offitiales eligendi tempore sue electionis
et presentationis sindico nostro electionis
huiusmodi presentatori pro comuni pusi
recipienti solemnes promissiones et o
bligationes facere tenentur iuramento
firmatas. Qr si aliquis offitij causa q
fecerint ipi ul alter eorum ul aliquis ex
eorum offitialibus et familia in nostra
Ciuitate in aliquo damnarentur non
conquerentur nec reclamabunt ad aliqu
am curiam presidem ul offitialem. nec
petent nec peti facient in eorum terris
ul alibi aliquas represensalias seu se
questrationes contra comune pusij ul
singulares personas eiusdem. nec occasi
one predicta obtinebunt licentiam re
prehendendi aliquid. renumptiantes
omnibus benefitijs contra predicta. Et
q contra comune nostrum ul singula
res personas p comune et homines
unde sunt nullatenus concedentur. Q
nam reformationem deferre teneatur
quentiam et presentare cancella
rio nostro die ipor aduentus uel
sequenti. et si secus fieret electio non
ualeat ipo iure. Et comune nostrum
decernimus in aliquo non teneri.
Quas promissiones et obligationes
ac iuramenta ... acceptationis
predicte inserantur expresse. aliter
acceptatio et electio sit inefficax ipso.
De quibus acceptatione electione et iu
ramento fiat publicum instrumentum
p infrascriptum notarium cum nostris
electionarijs uenientem. et p notarium
ipius eligendi rectoris prout in dicto
capitulo statuti ma latius enarratur.
Tenentes indubie si contra dictam for
mam ueneritis secus facta decerni
mus non ualere. Protestantes ex
nunc q ex hoc tunc uobis in aliquo
nolumus obligari. Ceterum ignorare
nos nolumus q Judices uestri quos
ducere tenemini ad regimen supradic
tum uacasse debeant a studio pusino
a die initiandi uestri offitij ante dicti
p continuos et integros quinque annos.
et qui in Ciuitate nostra doctoratus fu
erit in aliquo offitio Ciuitatis eiusdem
esse non potest in sex menses a die do
ctoratus proxime computandos. alias ex
parte et forma ordine uobis in hac
parte penalium Judices qui dicto te
mpore non uacassent a dicto studio
Ciuitatis nostre in exercitio dicti offitij
minus ydonei et omnino inhabiles censean
tur. Cuius rei causa Magnificentie
uestre presentibus insistimus quate
nus electionem hanc modis formis
et conditionibus ante latis placeat ac
ceptare. ut exinde uestri contra regi
mine imposterum disponamur grati
us ad singula conformia uotis uestris.
De ipa domini acceptatione infra se
cundum diem a presentatione prese
ntium mandatum debeatis celebrari
facere p infrascriptum nostrum no
tarium solemniter rogatum publi
cum documentum. Et sumpta copia
presentium litterarum nobis eas p pre
fatum sindicum remictatis.

De offitio et electione et forma electionis Capitanei populi Maioris Sindici et Iudicis Iustitie Civitatis Pisarum et unius domini offitiorum

IIII

Ad refrenandum superfluos exitus et
expensas ex comuni Pisarum exeuntes
et ad civium et districtualium como
da intendentes et ut ius et iustitia com
modius universis et singulis mini
stretur presenti capitulo duximus sta
tuendum quod decetero offitium domini
Capitanei populi Maioris Sindici Iudi
cis Iustitie Civitatis Pisarum et utriusque
eorum sint et esse intelligantur exnu
nc unita et coniuncta. Itaque dicta offi
tia sint et esse debeant corpus unum
et unum censeri offitium cum et sub
menbris iurisdictionibus potestatibus
et baylijs offitialibus familia equis
salario comoditatibus muneribus ho
neribus et honoribus et prout et sicut
in infrascripta forma seriosius est expr
essum. Statuentes quod decetero electio
capitanei populi Maioris Sindici et
Iudicis Iustitie dicte Civitatis proce
dat et procedere debeat et adinpleri
exequi et observari in omnibus et quo
ad omnia hinc inde iuxta et secundum
exigentiam et tenorem forme et note
infrascripte secundum quam formam
electio presentetur et presentari debe
at cuilibet eligendo seu electo ali
quo non obstante. Cuius quidem for
me tenor talis est videlicet.

Strenuo Militi cui he littere fuerint
presentate .. Priores Artium consi
lium et comune Civitatis Pisarum. Sa
lutem et copiam votivorum. Ad novi Ca
pitanei populi comunis nostri electio
nem novissime procedentes, fidemque su
mentes indubiam de sinceritate vestre
devotionis per quam ad ipsum offitium vigo
re commissionis dudum facte, eidem suscep
assumptus pro tempore sex mensium pro
xime futurorum initiandorum feliciter in ka
lendis .. proxime futuri et finiendorum
deinde ad sex menses continue subseq
uentes electionem infrascriptam ve
stre magnificentie per quam salutem
nobis speramus afferri et imposterum
prodesse potius quam preesse cum pactis
modis et conditionibus infra seriosissi
me denotatis per infrascriptos nostros
electionarios et sindicum in Christi nom
ine duximus porrigendam. Secundum
quam tenemini et debetis adimplere
et observare omnia et singula prout
inferius denotantur videlicet debetis
esse sacro sancte Romane ecclesie de
votus. de ipsius que parte dicta guelfa
zelator guelfus. et amator comunis
et populi Pisarum. affectione partis ge
belline. et alia qualibet procul pul
sis. Quod si secus fama publica homi
num terre vel provintie vestre vel aliter
nos alium contigerit invenire, electio
nem ipsam ex nunc decernimus non
valere. Et offitium predictum desice
re. et comune nostrum in aliquo
non teneri. Consentes ad eius regi
men accedere. exnunc prout extu
nc intelligatur nobis et sit penitus
interdictum. ad mercedem pro vestro
salario vel expensis nolumus obli
gari. Receptionem et adventum ve
strum circa dictam formam expre
ssius protestantes. Et ut ex his
cesset suspectio. decernimus insdignia
aquile nigre vos figuras vel insi
gnia per vos vel alterum non defer
re. Debetis etiam vobiscum ducere
et tenere continue in regimine memo
rato tres iudices expertos et suffici
entes. quorum unus esse debeat legum
doctor et sui doctoratus fidem facere
principio vestri offitij infra octo dies

in cancellaria comunis nostri. pena Cen
tum flor. Alius experientia et doctrina
callens. super examinationibus testium
super iudicialibus compromissis. Alter ad
malefitia deputetur. Milites sotios tres
quorum unus super mostris armigerorum
gentium. Rectorum et offitialium et caste
llanorum comitatus nostri. et terrarum
subiectarum iuxta nostrorum exigentiam
statutorum debeat deputari. Notarios
undecim. quorum quinque ad malefitia.
tres ad damna data. Unus ad sindicatus.
duo ad extraordinaria Civitatis burgorum
et suburgorum pisarum debeant deputari.
Domicellos Octo. Berovarios quadra
ginta. armis aptos. et de eodem pa
nno indutos. Unus quorum ut nostrorum
Civium familiaritas succedatur esse de
beat barbitonsor. Offitiales et familia
res prefatos tenendos vestris salario
sumptibus et expensis. Significantes
ad cautelam quod nullus potest ex nostrorum
statutorum et ordinamentorum forma esse
Capitaneus vel potestas nostre Civita
tis Qui civis vel Comitatensis vel ter
rigena sit alicuius Civitatis vel ter
re confinibus nostre Civitatis propin
que per quadraginta miliaria existat.
eiusque offitiales domicelli et famuli
per miliaria viginti. Nec de aliquo loco
vel terra alicui tyranno subiecta. Non
consanguineus vel affinis alicuius nostri
civis limitatione confinium non obsta
nte. Nec etiam de Civitate vel loco
unde tempore vestre electionis esset
Capitaneus vel potestas Civitatis
nostre. Nec insuper potest esse po
testas Capitaneus vel alius offitialis
Civitatis nostre ad aliquod offitium
in eadem Civitate eodem Anno in
quo erit ad ipsum offitium de illa terra
vel loco de qua fuerit ipse Capitaneus
vel alius potestas comunis nostri. de
beas insuper nunc vel ante vestrum

adventum esse miles et militari cingulo
insignitus. Insuper predictis casibus contra
dictam formam nos venire ad regimen
prefatum aut offitiales et familiares
ducere expressius inhibentes. set ipsi
offitiales et familiares esse debeant de
dicta parte de qua esse convenit et vos ipsum.
Debetis etiam vacasse a dicto offitio capi
taneatus et quolibet alio offitio in dicta
Civitate pisarum per continuos Octo Annos.
Vestri autem Iudices per integros quinque
Annos. Socii notarii. et domicelli per
tres Annos. Berovarii vero et famuli et
alii offitiales per integros duos Annos.
Debetis etiam habere et tenere in dicta
Civitate toto ante dicti offitii tempore
Octo equos. de quibus saltem sex arm
igeri esse debeant valoris triginta flor
ad minus pro quolibet ipsorum. Reliqui
vero Octo flor pro quolibet. Quorum nu
llus ultra centum libris denariorum et mi
nus viginti nostre monete currentis pro
arme valeant extimari. Non tamen
stabunt ad emendam vel salarium co
munis nostri nisi postquam in Civitate
nostra fueritis cum equis prefatis. et
erunt dicti equi scripti per notarium de
minorum priorum in libris comunis pisarum
vel alium deputatum. quantitatibus et
modis debitis bullati et bullari facti per
conservatores monete comunis pisarum. Et
secundum ordinamentorum et statutorum no
strorum exigentiam extimati. et de illis dum
taxat qui extimati fuerint ut predicitur
non de aliis ullo modo emendam habebitis
a comuni. Cum quibus offitialibus fami
liaribus et equis esse debetis in Civitate
nostra per quatuor dies continuos ante pri
ncipium vestri offitii. Pro salario quoque
vestro et omnium predictorum suscipietis a
comuni nostro a Conservatoribus monete
pro dicto tempore Mille septingentos se
xaginta flor de auro in sex mensibus pro
rata solvendos sicut contingit hoc modo videlicet

Qui tertia pars dicti salarii dabitur vobis primo mense regiminis antedicti. Alia tertia pars dicti salarii in medio tempore dicti vestri offitii. Reliqua vero tertia pars non dabitur, donec fueritis sindicati et per sententiam absoluti. Et solvetis gabellam offitialibus comunis nostri ad rationem duorum soldorum pro libra qualibet totius salarii supradicti. Et ultra predictum salarium habebitis ab offitialibus Abundantie comunis nostri, sine aliquo pretio, quinquaginta corbes spelte. Et ab eisdem offitialibus ad vestrum beneplacitum habere poteritis quadraginta corbes grani, ad rationem triginta solidorum pro quolibet corbe, etiam si plus valerent, pro quo quidem salario debite facietis et exercebitis vos et offitiales vestri et tota familia offitium regiminis antedicti. Et omnes et singulas ambaxiatas, itinera, negotia et offitia queque per civitatem et comitatum et districtum Perusii et terrarum recomendatarum comuni prefato tempore oportuno, que erunt et essent vobis per nostrum comune provisiorum ordinata vel vobis iniuncta. Et omnes et singulas exactiones omnium et singulorum comuni nostro debitorum a quocumque et quomodolibet debendorum que vobis commisse fuerint per vos vestros que offitiales et familiares integre et efficaciter facietis, custodie civitatis nostre semper vigilantius actendetis. Et pro predictis et aliis quibuscumque pro cartis, cera, lumine, et aliis rebus nichil a comuni nostro, universitate aliqua, vel singulari persona vos vestri offitiales vel berruarii petatis vel recipietis nec recipere debetis per vos vel alium tacite vel expresse vel quovis colore quesito directe vel indirecte ultra vel preter salarium antedictum. Salva tamen certa parte lucri quam pro captionibus legiptimis exbannitorum quorum executio vel exactio fiet tempore vestri regiminis percipere debetis. Et pro inventionibus armorum. Et exactionibus collectarum. Et pretiorum et fructuum comunantiarum et aliorum debitorum et iurium dicti comunis Perusii quando vobis committerentur. et nostra vobis concedent capitula statutorum. Et etiam pro puncturis gentium armatarum. et aliorum offitialium et castellanorum et famulorum. et aliorum premissorum per exigentiam statutorum. et etiam pro executionibus quas facietis eorum que venerint in comune partem contingentem secundum nostrorum exigentiam statutorum. Et ad supradictam exactionem faciendam offitiales et familiares vestros deputabitis ordinatos. Et si quando venietis ad regimen prefatum quod absit vos infirmari vel mori contigerit vel ante de dicto salario vel expensis vel alio nulla solutio vobis fiet, si vos personaliter non venietis ad regimen supradictum. Et si venietis et dictum offitium desieritis exercere, vel quod deus avertat vos mori contigerit solutio dicti salarii non fiet nisi pro rata temporis, quo vos dictum offitium contigerit exercere. Debent etiam collaterales vestri in casibus provisis per formam statutorum nostrorum et in casibus quibuscumque non provisis consulere dominis prioribus artium. Conservatoribus monete. Massariis, et offitialibus Abundantie comunis nostri quotiens fuerint requisiti, sine aliquo salario. Et etiam in causis quecumque comune nostrum quomodolibet moverentur in curia potestatis vel alibi in

Ciuitate nostra tamquam sindica comunis
nostri interuenire modis necessarijs de-
fensores · prout fuerit oportunum secun
dum nostrorum exigentiam statutorum · De-
betis insuper cuncta maleficia punire.
et in facinorosos animaduersionem habe
re omnimodam = Statuta ordinamen
ta et reformationes et quas uis alias
prouisiones nostri comunis et populi
et alias quascumque tam factas quam fa
ciendas non obstante quod hic non sint
seriosius declarata que pro expressis
penitus habeantur obseruabitis et fa
cietis inuiolabiliter obseruari · Cui-
libet facultatis studium in Ciuitate
nostra uigens augere pro posse tene
mini · Et cetera efficaciter exercere ad
que tenebimini ad regimen supradic
tum · Tenemini etiam et debetis ultra
dictos offitiales mictere ad infrascrip
torum castrorum regimina duos milites
sotios sotios notarios expertos et pro
bos · cum famulis infrascriptis videlicet
unum militem sotium ad regimen ca
stri dirutti / cum uno notario / et tribus
famulis cum salario trecentarum librarum
denariorum pro tempore semestrali in-
cepturo in kalendis ‥ Et cum alijs
muneribus et oneribus consuetis / Quod
salarium a dicto comuni dirutti solue
tur temporibus debitis et consuetis · Ali
um quoque ad regimen castri marsci
ani · cum tribus famulis cum salario
pro semestrali tempore ducentarum qui
nquaginta librarum soluendarum per comu
ne dicti castri et alios adiacentes ut
moris est · Et cum alijs muneribus
et oneribus consuetis · pro tempore se
mestrali incepturo in kalendis mensis
‥ Qui milites habeant ius dicere · et
ministrare secundum formam statutorum
nostri comunis · et dictorum castrorum.

Apportabitis etiam uobiscum et infra decem
dies principio uestri regiminis tradetis
offitialibus massaritiarum comunis nostri
ad eorum electum / tot balistas bonas quod
sint et esse debeant in totum ualoris et
extimationis uiginti florenorum de auro · Et
quatuor pauensia de melioribus que
habebitis = Debetis etiam de uobis et
uestris offitialibus familiaribus et equ
is mostram et assignam diligentissi
mam facere quatuor uicibus quo
libet mense ad minus · et totiens quo
tiens per offitiales nostri comunis ad
hec deputatos / uel deputandos fueritis
requisiti · pena Centum librarum uice
qualibet = Finito uero uestro offitio
et regimine cum offitialibus et fami
liaribus uestris / pro quibus respon
dere et efficaciter satisfacere debetis
cuicumque · per octo dies stare ad
sindicatum in nostra Ciuitate debetis.
Et uillicationis uestre reddere tene
mini omnimodam rationem / iuxta
formam statutorum reformationum et or
dinamentorum nostrorum = Et in fine totius
offitij de utroque offitio cum offitiali
bus et familiaribus eritis sindicati ·
Item dictis octo diebus sindicatus pre-
dicti eritis moraturi in hospitio quo
uolueritis / uestris tamen sumptibus
et expensis · Nec poteritis ire ad ali
cuius terre regimen durante offitio
memorato · Set stabitis nec discedetis
contra formam statutorum et ordinamentorum
nostrorum tempore supradicto · = Et insu
per non acceptabitis aliquod offitium
in aliqua terra uicina Ciuitati nostre
per uiginti quinque miliaria / infra te
mpus quinque annorum · a die deposition
uestri offitij · Et in hoc si contra feceritis
non poteritis uos uestrique descendentes
et posteri / in Ciuitate comitatu uel districtu

nostre Civitatis in perpetuum eligi ul
assummi ad aliquod offitium quoquo
modo. Et nostatis etiam quoddam
capitulum statutorum nostri comunis in
tercetera ptinens, q potestas capitane
us et alij nostri offitiales eligendi tem
pore electionis, et presentationis sindico
nostri comunis huiusmodi electionis
presentatori pro comuni pusij reci
pienti solemnes promissiones et ob
ligationes facere teneantur iuramen
to firmatas. Et si alicuius offitij ca
usa quod facerent ipi ul alter eorum
ul aliquis eorum offitialis et familia
in nostra Civitate in aliquo damna
retur non conquerentur nec reclama
bunt ad aliquam curiam, presidem ul
offitialem. Nec petent nec peti faci
ent in eorum terra ul alibi aliquas
reprehensalias seu sequestrationes contra
comune pusij ul singulares personas
eiusdem. Nec occasione predicta obti
nebunt licentiam reprehendendi aliqu
id. Renumtiantes omnibus benefitijs
contra predicta eis competentibus quoquo
modo. Et facere q ipsorum comunitas
unde sunt reformabit legitime in consilio
auctoritatem habente q aliquae represe
nsalie ul sequestrationes predictorum oc
casione contra comune nostrum ul sin
gulares personas eiusdem per comune
et homines unde sunt nullatenus conce
dentur. Quam reformationem deferre
teneatur publicam et autenticam pre
sentare cancellario nostro die ipsorum ad
uentus ul sequenti. Et si secus fieret
electio non teneat ipso Iure. et comune
nostrum decernimus in aliquo non tene
ri. Que promissiones obligationes et
iuramenta in instro acceptationis electio
nis predicte inserantur expresse. aliter
electio et acceptatio sit inefficax eo ipso.
De quibus presentatione acceptatione pro
missionibus et iuramentis fiat publicum in
strumentum per infrascriptum notarium
nostrum. cum infrascriptis electionarijs
venierunt et per notarium expertum dicte
rra ipius eligendi in rectorem prout
in dicto capitulo dicti statuti nostri comu
nis latius continetur. Tenentes indubie
q contra predictorum formam uenirent
secus facta decernimus non valere pro
testantes exnunc q ex hoc nobis nolu
mus, q Iudices vestri quos ducere te
nemini ad regimen supradictum uaca
sse debeant a studio perusino a die ini
tiandi regiminis ante dicti per continuos
et integros quinque annos. Et qui
in nostra Civitate doctoratus fuerit in
aliquo offitio Civitatis eiusdem esse non
potest inde ad sex menses a die docto
ratus proxime computandos. Alia nostr
orum ex statutorum forma vobis in hac
parte penalium Iudices qui a dicto te
mpore non vacassent a dicto studio
Civitatis nostre in exercitio dicti uestri
offitij minus ydonei et omnino inhabi
les censeantur. Facietis etiam et habe
bitis exercere toto dicto tempore offiti
um Iudicis iustitie et maioris sindici
Civitatis nostre. Et sindicare habebitis
et examinare cum promotore ul sine
omnes et singulos offitiales cuiuscum
que conditionis fuerint. et qualitercumque
offitium exercuerint, et eorum notarios
et fancellos et alios per eos deputatos.
Qui a comuni pusij ul alio offitiale
comunis pusij aliquod offitium habu
erint de iure ul secundum formam
statutorum et ordinamentorum comunis
pusij factorum ul faciendorum. quorum
offitium finitum fuerit ante Initium
uestri offitij. et de ipsorum offitio non fu
erint sindicati. Illos uero offitiales
quorum offitium finitur durante offitio
uestro, per unum mensem dumtaxat

similiter sindicabitis et sindicare debetis.
Illos autem offitiales quorum offitium finitur
ultimo mense vestri regiminis vestro
successori debetis relinquere sindicandos
Et per notarios supra scriptos vel alterum
eorum solempniter omnium actitatorum
libros confici facere. et in forma publica
restitui facere Massarijs comunis nostri
per quinque dies ante finem vestri o
offitij secundum nostrorum exigentiam
statutorum. Debetis etiam processus per
absolutoriam vel condempnatoriam sen
tentiam expedire infra mensem a die
responsionis faciende inquisitioni vel
accusationi. Preterea nullum admic
tetis nec admictere potestis vel debe
tis ad respondendum Inquisitioni vel
accusationi nisi personaliter comparuerit.
Copiam Inquisitionis vel denumtiatio
nis ante quam ad ulteriora procedatur
mictere debetis massarijs comunis no
stri secundum nostrorum statutorum exig
entiam. Processus quoque quos
vos formare contigerit ultimis quinde
cim diebus vestri regiminis, volumus
quod publicare vel aliter expedire per
sententiam absolutoriam non possitis.
Sed ipsos clausos et sigillatos restitue
tis Massarijs ante dictis. Debetis eti
am circha offitium Iudicis Iustitie et
appellationum et reductionum ad ar
bitrium boni viri, Capitanei custo
die Civitatis burgorum et suburgorum
perusij et damnorum datorum, in quibus
damnis datis ad condempnationem illorum
qui veniunt condempnandi procedere
debetis non admisso benefitio concorde.
contra quos prodesse volumus quoquo
modo. Et debetis circha offitium re
cursium contra emptores gabellarum
et ipsarum gabellarum dictum concessum o
ffitio directorum et revocatium et trans
latum in offitium domini Sindici et Iu
dicis Iudicis Iustitie. Et circha offitium
arredorum vestimentorum et ornamentorum
prohibitorum deferri per formam
statutorum et ordinamentorum comunis pe
rusij. Fontium aqueductuum pontium
viarum et formarum Civitatis et co
mitatus perusij, manutenendorum et re
parandorum. Grascie et devetus de co
mitatu perusij non extrahendi. Et contra
macellatores et falsificantes et ma
le utentes artem eorum. Et contra mo
lendinarios delinquentes et peccan
tes in eorum arte. Et contra non tene
ntes mensuras iustas. et utentes
mensuris et ponderibus iniustis. Et
contra panicocolas, pollaiolos, pinicare
llos et tabernarios. et hospitatores
et alios quoscumque ementes vel ve
ndentes contra formam statutorum et
ordinamentorum comunis perusij. Nec
non super custodia Civitatis perusij
Et super purgatione stratarum Civi
tatis burgorum et suburgorum perusij, et
manutentione et refectione intende
re et procedere diligenter. Et cir
cha probationes recipiendas et alia
oportuna in factis armarij et Civi
tatibus consequendis. Et observantiam
electionum faciendarum de doctoribus
et magistris ad legendum in studio
perusino, iuxta nostrorum statutorum
exigentiam curam debetis [illegible]
circha eorum observantiam adhibere.
Ac etiam super litibus gravaminum
seu controversijs que super aliquibus
comunantijs vel gabellis quomodo
libet moverentur vel fierent inter
emptores vel alios quoscumque debeatis
summarie et de facto [illegible] cognoscere

Nota [illegible]

pen. 400. lib. in
. 14. dies ...

infra dies quindecim terminasse pena
quingentarum librarum denariorum. Habebitis
etiam et habere debetis iurisdictionem
potestatem et bayliam confirmandi et
reprobandi dominos priores et ca
merarios artium Civitatis pisarum et
alios quoscumque offitiales dicti co
munis secundum formam statutorum
et ordinamentorum comunis pisarum.
Et ultra superius annotata habebitis
et habere debetis iurisdictionem et ba
yliam in omnibus et super omnibus
aliis casibus iuxta formam et exige
ntiam statutorum et ordinamentorum dicti
comunis tam factorum quam faciendorum
de vestro offitio disponentium quoquo
modo. Et omnia et singula alia fa
cere gerere et exercere tenemini et
debetis que per formam aliquorum sta
tutorum ordinamentorum vel reforma
tionum comunis prefati editorum
vel faciendorum quomodolibet teneremi
ni vel deberetis. Que omnia hic ha
beantur exnunc pro expressis seri
osissime et declaratis. Ianeria quoque
et ambaxiatas et omnia que vobis
commissa fuerint per dominos priores
artium Civitatis pisarum per nostrum co
mitatum vos vestrique offitiales fa
cere et exequi tenemini vestris su
mptibus et expensis. Et non adgra
vamen comunis nostri vel expensis
alicuius comunitatis vel singularium
personarum Civitatis vel comitatus no
stri aliqua ratione vel causa. Insu
per pro habitatione vestra et familie
habitationem habebitis a comuni no
stro congruam in Civitate nostri co
munis sumptibus et expensis. De
clarantes insuper quod super exequutio
ne [illegible] non obstante quod ex
forma aliquorum statutorum vel ordiname
ntorum comunis nostri ad vestrum offitium
pertineret. Alii vero offitiales comunis
nostri tam facti quam faciendi. Et super ex
traordinariis possint intendere prout
de comunis nostri processerit volunta
te vel esset quomodolibet ordinatum.
Et denique cum dictis vestris offitiali
bus familiaribus et equis dum tamen
conditionibus premissis servatis ven
ietis prefixis temporibus ac stabitis
et redibitis omnibus vestris sumptibus
et expensis. Vestro periculo et fortu
na personarum et rerum tam divino
iudicio quam humano. Cuius rei gr
atia Magnificentie nostre presenti
bus insistimus quatenus electionem
hanc modis formis et conditionibus
antedictis placeat acceptare ut ex
inde vestri contenti regimine in poste
rum disponamur gratius ad singula
conformia votis vestris. De ipsa de
mum acceptatione infra secundam
diem a presentatione presentium nu
merandam debeatis celebrari facere
per infrascriptum notarium nostrum
solemniter rogatum publicum docu
mentum. Et sumpta copia presentia
um litterarum eas nobis per prefatum
sindicum remictatis. Datum pisis die

De offitio et electione et forma electionis confirmationis iustitie comitatus pis.

V.

De offitio et electione et forma electionis conservatoris Iustitie comitatus Perusi[i].

V.

Cum ad conservandum rem publicam Perusinam et prosternendam audaciam perversorum sit summe necessarium providere, ut comitatus Perusi[i] utiliter gubernetur, et bonorum status sicut convenit protegatur et sceleratorum iniquitas prosternatur et alia fiant que pro comodo Civium et comitatensium perusinorum fuerint quomodolibet oportuna ex interventu talis Gubernatoris, presenti capitulo duximus statuendum, quod de cetero Eligatur et eligi debeat in Conservatorem Iustitie comitatus Perusi[i] unus nobilis miles, et eius electio fiat per comunitates iuxta exigentiam statuti supra positi sub Rubrica de modo et ordine eligendi dominum potestatem Capitaneum populi et cetera, pro tempore semestrali, cum et sub pactis offitialibus familia equis, salario stipendio, modis, capitulis, offitio, potestate, Iurisdictione arbitrio et baylia et muneribus et honeribus et honoribus in infrascripta forma seriosius denotatis. — Statuentes quod Idem conservator Iustitie habeat et habere intelligatur offitium, potestatem cognitionem iurisdictionem et bayliam in et super omnibus et singulis casibus contentis seu quomodolibet comprehensis seu qui quomodolibet comprehendi possent in isto forma electionis infrascripte. Et quod iuxta et secundum exigentiam et tenorem dicte infrascripte forme et contentorum in ea, Ita possint et debeant Irrefragabiliter omnia et singula efficaciter ab utraque parte exequi adimpleri et effectualiter observari aliquo non obstante. Cuius quidem forme tenor talis est videlicet.

Strenuo militi cui he nostre litere fuerint presentate, Priores .. Artium consilium et comune Civitatis perusi[i], salutem, et prosperos ad vota successus. Intendentes noviter ad electionem Conservatoris Iustitie comitatus nostri, et spem gerentes indubiam de fraterna teneritudine comunitatis vestre, per quam vigore nostre commissionis ad hoc offitium fuistis electus, pro tempore et termino sex mensium proxime futurorum initiandorum feliciter in kalendis .. mensis .... proxime venturi, finiendorum et deinde ad sex menses proxime sequturos, cum pactis modis, et conditionibus inferius denotatis, Magnificentie vestre per quam nostre rei publice et comitatus nostri speramus conservantiam et salutem nostri comunis sindicum electionem hanc in forma et in Christi nomine duximus porrigendam, secundum quam tenemini et debetis observare et adimplere efficaciter omnia et singula in ea contenta videlicet — Quia debetis esse sacrosancte romane Ecclesie devotus et amator comunis et populi perusini fama publica hominum Civitatis vestre vel provintie vel aliter vos alium contingerit in veniri electionem ipsam exnunc decernimus non valere et offitium predictum deficere et comune nostrum in aliquo non teneri Censentes ad eius regimen accedere exnunc prout extunc intelligatur et sit penitus interdictum, ad nichilque pro vestro salario vel expensis nolumus obligari receptionem et adventum vestrum expressius protestantes.

Debetis etiam esse miles vel saltem mili
tari angulo decorari ante adventum ve
strum. Et habere et tenere unum Judicem
Juris peritum duos milites socios duos
notarios expertos. quatuor domicellos
duodecim equos Quinquaginta familias
bene munitos et armis aptos inter
quos adminus esse debeant quindecim
balistarii armis et balistis bonis comu
niti. Equi vero sint extimationis in
frascripte videlicet sex valoris triginta
flor adminus pro quolibet. reliqui ve
ro viginti flor pro quolibet. Quorum
nullus ultra summam centum librarum
et minus viginti debeat extimari.
non tamen stabunt ad emendam co
munis nostri nisi postquam bullati et
extimati fuerint in Ciuitate nostra
per offitiales camere conseruatorum comu
nis nostri. Cum quibus offitialibus fa
mulis et equis venire debetis infra
duos menses adminus a die presenta
tionis electionis computandos vel antea
quandocumque. Debetis etiam vobiscum
ducere et continue retinere pro usu
et exercitio vestri offitii decem et octo
Ungaros equestres bene probos et ar
migeros armis necessariis comunitos
sub ductu suo durante dicto semestri.
pro quibus et eorum stipendio habebitis
sex flor de auro pro quolibet ipsorum et
quolibet mense suo offitio durante sine
aliqua solutione seu retemtione alicu
ius gabelle. a conseruatoribus monete no
stri comunis ultra salarium infra ta
xatum. De quibus autem Ungaris te
nemini et debetis facere mostram seu
resignam totiens quotiens fueritis re
quisiti secundum et pro ut et sicut fit
et fieri potest de aliis stipendiariis nostri
comunis. Et etiam ipsos mictere et ope
rari ad mandatum et requisitionem domi
norum priorum Ciuitatis nostre ubi
quando et quomodo per eos extiterit
ordinatum omni contradictione cessante
sicut de eorum processerit voluntate.
Pro quibus Ungaris et eorum stip
endio ad rationem predictam Conser
uatores monete nostri comunis te
neantur et debeant post iuramentum
vobis delatum dare et soluere pagam
integram pro primo bimestri de pec
unia nostri comunis. Habeatis et
habere debeatis extra Ciuitatem bur
gos et subburgos pisii plenissimum
arbitrium et potestatem et Jurisdic
tionem omnimodam et plenissimam
et liberam facultatem super persecu
tione rebellium quorumcumque co
munis pisii presentium et futurorum
Et contra homines facinerosos male
conditionis vite et fame animaduersio
nem et punitionem de facto exerce
ndi et fieri faciendi ad eius promti
ssimum arbitrium ac velle sine ali
quo processu. Et simili modo punire
debeatis quecumque malefitia que com
micterentur in futurum in comitatu
predicto ac etiam arma deferentes
contra formam statutorum seu ordinam
entorum quomodocumque editorum
de his omnibus et singulis iussis et qu
olibet eorum disponentium. Nec
non ludentes ad aliquod ludum veti
tum per formam statutorum nostrorum
Nec non receptantes exbampnitos
et condempnatos quoscumque. Et quia
prauitas hominum et iniquitas ma
xime comitatensium est aucta in per
nitiem bonorum et pacifice uiuere
cupientium. Volumus quod non possitis
in aliquo casu inponere minorem penam

quam que imponitur per formam statutorum communis nostri. Sed eam possit pro libito voluntatis augere inspecta qualitate delictorum et personarum et maxime contra homines leves et beccarinos vel alios condemnatos teneatur de facto punire quoscumque comitatenses portantes divisas contra formam reformationum dicti communis sub pena .V. librarum denariorum. Et exbampnitos et condempnatos communis nostri quacumque de causa in persona capiendi et puniendi et de eis iustitiam et executionem contra eos faciendi et fieri faciendi secundum exigentiam condemnationum talium realiter et personaliter oportunam. Et condemnatos quoscumque et condemnandos in pecunia capiendi et capi faciendi et captos infra unam diem naturalem duci et consignari custodibus carcerum communis nostri. Et executiones reales et personales contra eos res et bona modis omnibus faciendi de facto sicut noverit oportunum. Contra portantes et deferri facientes granum vel aliud genus bladi seu farinam vel aliquam grassiam contra devetum extra comitatum Perusii quovis modo diligentissime perquirendi et repertos culpabiles puniendi de facto facti et persone qualitate pensata personaliter aut realiter ad beneplacitum ipsius. Ita tamen quod non possit descendere vel minuere condemnationem aut punitionem contra tales contentam libris infra sed abinde supra usque ad penam personalem inclusive punire possit et debeat de facto sicut noverit oportunum. Circha custodiam quoque assiduam comitatus Perusii ac etiam reparationem castrorum

cassarorum locorum et fortalitiorum et munitionem et fortificationem validam et oportunam pervigili diligentia intendendi eo modo et forma sicut pro salubri et efficaci custodia et fortificatione eorum aut alicuius eorum noverit convenire. Et cogi et compelli de facto faciendi quoslibet ad reparationem munitionem et fortificationem huiusmodi faciendas ad vestrum beneplacitum. Et negligentes multandi et puniendi de facto sicut cognoverit oportunum. Et penas et multas quaslibet solui faciendi in camera massariorum communis nostri. Tenemini tamen quod celerius poteritis expedire condemnationes et executiones per ipsum faciendas ex causis supra dictis. Et tenemini facere librum suarum condempnationum et preceptorum assignandum suis sindicis tempore vestri sindicatus. Et nomen et pronomen cuiuscumque condempnandi pretium et locum unde fuerit et quantitatem condempnationis infra secundam diem a die condempnationis massariis communis Perusii in scriptis mictere teneatur. Fortalitia quoque et castra cepta in comitatu nostro et non perfecta que inutilia viderentur si infra competentem terminum per vos assignandum non fuerint fortificata utiliter oportune ad defensam pariter et offensam demoliri et discarcari faciendi prout noverit convenire habito tamen colloquio prius et deliberatione super molitione cum dominis prioribus artium Civitatis nostre qui pro tempore fuerint. Et ad hec ut sollerti cura assidue investiget quelibet circha eius officium. Et non possit pernoctare nec debeat in aliqua terra castro fortalitio villa vel loco comitatus Perusii

Vltra quindecim dies nisi precedente licentia dominorum priorum artium Ciuitatis nostre sub pena quingentarum librarum denariorum proqualibet vice de suo salario retinendarum defacto eius tempore sindicatus quam licentiam in omni oportunitate circha honorem comunis et offitij uestri habebitis. In Ciuitate autem nostra burgis aut suburgis sub dicta pena stare uel pernoctare non potestis nisi adplus per tres dies mense quolibet sine expressa licentia dominorum priorum artium Ciuitatis nostre uel septem adminus inconcordia. Extra comitatum uero nostrum stare non potestis seu districtum sine licentia predicta. Debetis etiam in terra uestra facere solempniter reformari in conscilio auctoritatem habente. et reformationem ipsam in forma publica apportare principio uestri regiminis Et si contigerit eum aut aliquem ex suis offitialibus seu familia occasione sui offitij in aliquo condemnari quod represalias non impetrabit nec reclamabitis aut recurretis ad aliquam curiam comunitatem uel dominum et quod in terra sua nullatenus concedatur nec arrestationes aut sequestrationes contra comune nostrum uel singulares personas modo aliquo seu iure. Debetis autem esse distans a Ciuitate nostra de loco distantia Ciuitate nostra per quadraginta miliaria Et quod in Ciuitate nostra non fuerit in aliquo offitio ab octo annos citra. Milites et notarij per triginta adminus et familia a viginti quinque annis supra Ita tamen quod nullus esse possit de comitatu uel districtu perusij aut de terris recomendatis dicto comuni nostro. Debetis enim venire stare et redire cum offitialibus equis et familiaribus bonis et rebus uestris uestro casu rischio periculo et fortuna tam ab homine quam a deo et uestris sumptibus et expensis. De uobis autem et offitialibus familia et equis mostram et assignam facietis adminus quatuor uicibus in mense totiens quotiens per offitiales ad hec deputatos uel deputandos fueritis requisiti. Et primam assignam et remissionem omnium famulorum facietis in Cancellaria comunis nostri sicut facere debent alij offitiales comunis nostri iuxta exigentiam consuetam. Et si quando ad dictum offitium venire tis quod absit ipsum infirmari uel mori contigerit uel ante de salario infrascripto uel expensis uel alio nulla solutio uobis fiet si personaliter non veniretis ad offitium supradictum Et si ueni etis et dictum offitium desieritis exercere uel quod aduertat deus uos mori contigerit uel ante de salario infrascripto uel expensis uel alio nulla solutio uobis fiet si personaliter non venietis ad offitium supradictum. Et si venietis et dictum offitium desieritis exercere uel quod aduertat deus uos mori contigerit infra dictum terminum complendi offitij solutio salarij non fiet nisi pro rata temporis quo ipsum contigerit dictum offitium exercere. Apportabit etiam secum et offitialibus massariarum comunis nostri infra octo dies principio uestri offitij assignabitis balistas secundum extimationem nostrorum offitialium massariarum valoris decem flor auri et duo pauesia. Finito uero dicto uestro offitio stabitis in Ciuitate nostra ad sindicatum per integros quinque

Dies coram ſindicatoribus deputandis pro
uobis et offitialibus et familia cuilibet re
ſponſurus. Ita tamen quod debetis ſuper ba
ractaria negligentia et de eo quod reape
ret uel peteret per ſe uel alium quom
odocumque aut qualitercumque etiam
ſi eſſent oſtulentum uel poculentum dum
taxat debetis et non ſuper aliis quo
modolibet ſindicari. Pro ueſtro qu
oque et offitialium famulorum et equorum
ſalario pro toto dicto tempore ſeme
ſtrali ſuſcipietis a comuni noſtro a ca
mera conſeruatorum monete comunis
noſtri habebitis mille ſexcentos flor
de auro integre ſine aliqua ſolutione
uel retentione alicuius gabelle ultra
ſtipendium pro ungariis antedictis
ſupra taxatum. pro rata ſoluendos ſi
cut prorata contigerit hoc modo videlicet.
Quod tertia pars dicti ſalarii dabitur
uobis primo menſe ueſtri offitii alia
tertia pars in medio ueſtri offitii.
Reliqua uero tertia pars non dabitur
uobis donec fueritis ſindicatus et per
ſententiam abſolutus. Et pro dicto
ſalario exercebitis uos et ueſtri offitia
les et familia et omnia et ſingula
facietis per Comitatum et diſtrictum
peruſii que uobis erunt impoſita et in
iuncta et quomodolibet prouideren
tur. Ac etiam facietis omnes et ſin
gulas exactiones contra quoſcumque de
bitores comunis noſtri in camera Con
ſeruatorum uel maſſariorum ſeu abu
ndantie comunis noſtri ſicut impo
ſitum uobis erit. Saluo quod ad peti
tionem emptorum gabellarum ſeu
comunantiarum comunis noſtri uel al
terius priuate perſone nullam exacu
tionem facere teneamini uel poſſitis

ſub pena Centum librarum denariorum pro
uice qualibet qua contra feceritis de ue
ſtro ſalario auferendarum ueſtri tempo
re ſindicatus. Et pro predictis et
aliis quibuſcumque pro cartis dera
lumine et aliis rebus nichil a com
uni noſtro uniuerſitate aliqua uel
ſingulari perſona uos aut offitiales
ueſtri uel famuli non petetis uel re
cipietis per uos uel alium tacite uel
expreſſe directe uel indirecte uel quo
uis colore queſito. ultra uel preter
ſalarium antedictum. Salua tamen
certa parte lucri quam pro cap
tionibus legitimis exbampnitorum
et pro aliis caſibus infraſcriptis ſu
ſcipere a maſſariis comunis peruſii de
beatis iuxta exigentiam infraſcriptam
videlicet. Imprimis pro quolibet
exbampnito noſtri comunis perſo
naliter condemnato quem uos uel fa
miliares ueſtri caperent et de eo
Iuſtitiam fieri feceritis libras uiginti
quinque denariorum peruſinorum. Et pro
quolibet condempnato in abſciſione m
embri fuſtigatione uel bulla capto per
uos uel familiam ueſtram et de quo
executio facta ſit iuxta exigentiam
ſententie late contra ipſum libras decem
denariorum peruſinorum. Et pro quolibet
exbampnito et condemnato in pecunia
et in carceribus poſito et conſignato de
omni et toto eo quod occaſione dicti
bampni uel ſententie uenire fecerit
in comuni duos ſoldos denariorum pro
qualibet libra. Et ſi talis exbampnitus
captus et ut ſupra preſentatus et aſſi
gnatus carcerum cuſtodiis comunis
noſtri condemnationem non ſoluerit
infra tempus ueſtri offitii quod in dictis
carceribus ſtare debeat ad ſuam petitionem

quousque de tali executione uobis fuerit
aut procur. uestro integre satisfactum.
Et proquolibet delinquentem qui ma
lefitium aliquod perpetratus esset aut
perpetrari fecisset vel inposterum per
petraretur aut perpetrari faceret qu
em per uos caperetur Et de eo iusti
tiam feceritis personalem secundum
formam statutorum comunis nostri ipsum
puniendo habere similiter debeatis li
bras viginti quinque. Et si in fusti
gatione bulla aut amputatione me
mbri iuxta dictam formam puniret
decem libr. denariorum. Et si in pecunia
ut supra premictitur duos soldos
proqualibet libra. Habebitis etiam
a comuni nostro et a Conseruatoribus
monete Massariis aut offitialibus
Abundantie seu campionis cami
um comunis nostri sumptibus tam
soluere debentium aliquid in Comu
ni pro executionibus quas facietis
et debitis dictis cameris aut aliarum
ipsarum conseruatorum Abundantie
vel Massariorum ad rationem unius
bologuini proquolibet floreno totius
eius quod solui feceritis in comuni
Itaque talem executionem uestram si
cut debitum principale possitis facere
cum effectu executionem et exigere a
quocumque. Habebitis insuper ab o
ffitialibus Abundantie comunis nostri
cum retentione tamen gabelle ad
rationem duorum soldorum denariorum
proqualibet libra quartam partem to
tius eius quod uenire feceritis in co
muni occasione deueti acceptis per
uos aut offitiales et familiares uestri.
Ex eo quod portarent et extraherent aut
portari vel extrahi facerent de comita
tu pistorii contra formam ordinamentorum
vel reformationum comunis nostri Gra
num Bladum farinam panem legum
en vinum oleum lardum grassciam
animalia vel aliqua alia que in ipsis or
dinamentis expressius continetur. Debet
insuper eligendus infra tertiam diem
acceptare vel renumptiare a die prese
ntationis literarum facte comuni unde
esset electus et per literas vel docum
entum fidem facere. Debetis etiam
et potestis de facto punire ad arbitrium
uestrum Blassfematores dei beate vir
ginis et sanctorum celestis curie Et
etiam Iurantes per pudenda seu obsce
na verba vel inhonesta ad arbitri
um uestrum. Dum tamen pro vice
qualibet non possit descendere citra
bus libris infra. Nec ascendere sum
mam viginti libr. Et habeatis q
uartam partem omnium que prote
rea venire feceritis in comune.

VI ¶ Qu. Uoniam ultra cetera offitia offitialium VI
forensium Ciuitatis pistorii oportet sit
pro utilitate rei publice prosinne et co
modo Ciuium et districtualium quo
rumcumque quod Capitaneus custodie
palatii dominorum priorum precipue
habeat notitiam Ciuium et difficile
sit pro semestri tempore id posse sali
briter ducere ad effectum ob id pre
senti capitulo duximus statuendum quod
de cetero offitium Capitanei custodie pa
latii dominorum priorum sit et esse
debeat annale et pro uno anno eius
electio celebrari possit et debeat. In

Quod offitium Capitanei custodie palatii dominorum sit annale ordinata forma

cuius quidem Capitanei electione serue
tur et seruari debeat modus et ordo
prout et sicut in presenti volumine
et statuto posito sub Rubrica de modo
et ordine eligendi dominum potestatem
et dominum Capitaneum et seriosissi
me continetur Qui quidem Capitaneus
habeat et habere debeat offitium et po
testatem in casibus declaratis et compre
hensis seu qui comprehendi possent in in
frascripta forma electionis eiusdem
secundum quam et eius exigentiam
et tenorem possint et debeant omnia
et singula exequi impleri et obseru
ari prout et quemadmodum in
ipsa quomodolibet continetur aliquo
non obstante . Cuius quidem forme
tenor talis est videlicet.

Circumspecto viro -- Cui presen
tes littere fuerint presentate .
Priores Artium Consilium et com
une Ciuitatis pisii Salutem et p
rosperos ad uota successus Tractan
tes in nostris oportunis consiliis de e
lectione Capitanei custodie palatii
nostre residentie Spem gerentes in
dubiam de sinceritate comunitatis no
stre Cui electionis huiusmodi commissio
fuit facta xpi nomine in vocato et
electionem infrascriptam vestre dili
gentie per infrascriptum nostrum
electionarium sindicum et notari
um duximus presentandam pro
tempore vnius Anni incepturi in
kalendis -- et ut sequitur finiendi
cum pactis modis salario famili a
equo et conditionibus inferius deno
tatis . iuxta quorum exigentiam te
nemini et debetis electionem ipsam
acceptare et omnia et singula facere
et adimplere prout in ipsa continetur.
Tenemini siquidem et debetis veni
re ad Ciuitatem nostram die pre
cedente ante kalendas mensis -- Cum
infrascriptis notario familiaribus et
equo . et Coram dominis -- priori
bus Artium nostre Ciuitatis pre
stare debitum sacramentum -- Tene
mini etiam et debetis continue vobi
scum tenere et habere in offitio me
morato pro exercitio et executione
agendorum circha vestrum offitium
occurrentium et pro custodia dicti pa
latii Quindecim famulos . probos
armigeros et fideles . armis aptos .
de eodem panno indutos . pena Cen
tum librarum pro quolibet non incede
nte semper induto uno et eodem
panno cum aliis . Qui uacasse de
beant a dicto famulatus offitio per
duos Annos . excepto famulo cance
larii . qui in uacatione aliqua non in
cludatur . De quibus vnus sit et esse
debeat expertus notarius . Et vnus
obsequi et seruire et famulari de
beat in omibus presenti Cancella
rio comunis nostri . et esse debeat
ad eius seruitia deputatus prout
idem cancellarius elegerit et depu
tauerit . Et etiam habere debetis
et tenere continue in dicto vestro o
ffitio et pro tempore supradicto un
um bonum equum armigerum va
loris et extimationis ad minus vi
ginti quinque flor de auro . Cum
quibus famulis et equo dicta die
debetis uos ipsum Coram dominis p
rioribus Artium Ciuitatis pisii qui

Capitanei
palatij ...
ale et electi

pro tempore fuerint presentare et pre
stare in forma debitum sacramentum.
= Debetis etiam ad minus distare a finibus
bus comitatus perusij per triginta
miliaria = Debetis etiam a dicto et a quo
uolibet alio offitio Ciuitatis nostre ua
casse per integros quinque annos. Et
debetis etiam circha exercitium ipsius
custodie solicite die noctuque prout
expedit continue et assidue intendere
et uacare. Et omnia et singula fide
liter facere que secundum ordinam
enta et statuta comunis nostri hacte
nus facta et facienda ad ipsam custo
diam et dictum uestrum offitium qu
omodolibet pertinebunt per totum
tempus unius anni predicti uestris
dumtaxat sumptibus et expensis
pro salario infrascripto. = Infra quod tem
pus uobis a Ciuitate pusij nullo modo
liceat absentare, sine expressa licentia d
minorum priorum artium Ciuitatis
perusij, qui pro tempore fuerint. = De
betis etiam de uobis notario famulis
et equo monstram et assignam face
re, Coram dominis prioribus et a
lijs offitialibus deputatis uel deputa
ndis ad hec quolibet mense totiens
quotiens fueritis requisiti. = Debetis
etiam familiam uestram mictere et
tenere indutam eodem panno et qui
libet extra palatium nostrum semper
ferre debeat rotellinam ad arma com
unis nostri ut ab alijs familijs disce
rnatur, sub pena in statutis nostri com
unis contenta. de quibus non incidentibus
omni uice debeant punctature fieri et
retineri debite punctature, Excepto fa
mulo Cancellarij supradicti. = Debetis
etiam tradere et assignare offitialibus

super massaritijs comunis nostri infra
decem dies, a die principij uestri offitij
quatuor balistas ualoris decem flor. de
auro inter omnes. = Debetis etiam finito
dicto tempore uestri offitij et tenemini
stare ad sindicatum in Ciuitate nostra
pro uobis notario et famulis supra
dictis per quatuor dies continuos. de gestis
uestris, notarij, et famulorum, defectibus,
penis statutorum, et ordinamentorum co
munis pusij factorum et faciendorum
realiter et personaliter subiacere et
satisfacere de debitis pro uobis no
tario et familia contractis cuilibet de
bere recipere ab aliquo predictorum,
Et super et de omnibus, reddere ple
nariam rationem. Et in hospitio stare
per dictos quatuor dies uestris sump
tibus et expensis. cum dictis famu
lis notario et equo. Et non debetis
nec potestis aliquo modo uel causa
uigore alicuius debiti nec ad petitio
nem alicuius, capere uel capi facere
aliquam personam cuiuscumque con
ditionis existat. Nec ipsam detinere seu
detineri facere, nisi tantummodo pro
consilijs congregandis, seu pro alijs nego
tijs dicti comunis dum tamen fiant
ad mandatum dominorum priorum ar
tium Ciuitatis pusij. = Et si contra pre
dicta feceritis uel aliquod ipsorum eo
ipso in penam incidatis uice qualibet
ducentarum librarum denariorum. uobis de
facto auferendarum tempore sindica
tus uestri, ad petitionem cuiuscumque
petentis. = Saluo quod pro licentijs
concessis, seu concedendis pro Consulibus
mercatorum, Auditores cambij, et qu
ecumque camerarium artium Ciuitatis

perusij, possitis capere et capi facere
vigore talium licentiarum et cuiusque
earum Et etiam ad Instantiam offitiali
um sotietatum Ciuitatis pusij ul ali
cuius eorum / et captos detinere quoscu
mque ! Dum tamen talis captura fi
at et fieri debeat in platea comunis
pusij . et non alibi quoquo modo. Et
si alibi talis captura fieret extra dictam
plateam, p ipo facto vice qualibet in
cidat in dictam penam .V.c librarum ut
supra premictitur auferendarum . Et
nichilominus talis captura sit ipo iure
nulla ! et tenemini et debetis eo ipo ta
lem captum seu captos illico relaxare
omni contradictione cessante = Salvo ta
men et reservato p pro huiusmodi
licentijs, capture et executiones fieri
possint et debeant pro contentis in ta
libus licentijs ul aliqua earum, contra
quoscumque / illis diebus temporibus et
locis, prout et sicut fieri et exequi po
ssunt licentie que conceduntur pro ciui
libus causis, seu debitis, per curiam do
mini potestatis et Capitanei populi
pusij ul alterius eorum ! et non ali
ter ul alio quoquo modo . Et nichilo
minus p secus ul aliter factum fu
erit non valeat ipo Iure . et incida
tis in dictam penam ! et captum re
laxare eo ipo tenemini et debeatis
omni contradictione remota . que pena
vobis auferatur ut supra est expre
ssum . = Tenemini insuper et debetis in
Ciuitate ul terra uestra facere solem
niter reformare in consilio auctoritatem
habente et reformationem publicam
infra tres dies in principio vestri offitij

apportare et consignare cancellario comunis
pusij . continentem in effectu, Quod si in Ciui
tate nostra contigerit vos, notarium ue
strum, seu vestros famulos, seu ali
quem ipsorum quomodolibet condempnari,
p huiusmodi offitij causa ul condemn
ationis per comune nostrum vllo
modo vobis ul alicui alij contra com
une pusij seu singulares eiusdem per
sonas represalie concedentur . nec ad
comune predictum ul aliquam per
sonam seu collegium poteritis modo
aliquo reclamare . = Debetis etiam et
tenemini cum dicta vestra familia et
notario die noctuque in palatio domi
norum priorum vbi est infra vestra
habitatio residere et continue habitare.
= Pro uestro quoque, notarij / famulorum
et equi salario a comuni pusij pro
toto dicto tempore vnius Anni pre
dicti in dictis proximis kalendis --
proxime futuri initiandi, recipere et
habere debetis a Camera conservatorum
monete nostri comunis in totum flo
renos auri sexcentos . vobis soluendos
de mense in mensem ut pro rata cap
iet et summabit . Cum retentione ta
men et solutione gabelle duorum soldorum
denariorum pro qualibet libra totius sa
larij seu quantitatis prefate / Dum
modo pagha vltimorum duorum mensium
solutio dicti salarij et stipendij possit
et debeat retineri per dictos Conser
uatores donec a dicto vestro offitio per
sindicatores nostri comunis ad hec le
gitime deputandos et per sententiam
fueritis absolutus . Venire denique
stare et recedere debetis, cum dictis

vestris famulis notario et equo ad civitatem nostram ad dictum offitium ut predicitur exercendum omnibus vestris sumptibus et expensis, casu rischio periculo et fortuna tam ab homine quam a deo. Et a comuni predicto nichil aliud poteritis percipere vel habere nisi salarium supra dictum et habitationem ut superius est expressum. Qua propter prudentiam et denique de presentatione et nova etiam acceptatione presentis electionis confici facietis per infrascriptum nostrum notarium publicum documentum. Et sumpta copia presentium litterarum eas per infra notatum sindicum ad nostram presentiam remictetis.

Dat. Perusii die .. et cetera.

Nomina electionarii notarii et sindici sunt videlicet.

Quod collecterales domini potestatis et capitanei sint sindici comunis Perusii quo ad lites et causas et cetera.

VII

Cum retrolapsis temporibus comune Perusii fuerit multafariam multisque modis lesum pariter et deceptum in et super litibus questionibus causis controversiis seu petitionibus contra ipsum factis seu motis vel productis in curiis domini capitanei populi Perusini coram iudice comunis vel in curia domini potestatis seu maioris sindici seu alicuius eorum vel alibi in civitate Perusii, eo quia non habuit legiptimos et ydoneos defensores. Et etiam propter negligentiam presidentium administrationi rei publice perusine, dicteque sit necessarium et saluberimum pro administratione iustitie et bono et utilitate rei publice ante dicte et civium concordia et unione, et ut in futurum queque sub debita ordinatione procedantur, et quod comune ipsum non pretereat indefensum vel per instantiam aut negligentiam in suis iuribus opprimatur, statuimus et ordinamus quod de cetero sindici comunis Perusii ad predicta et infrascripta sint et esse intelligantur collecterales domini potestatis et domini capitanei populi Perusii cum plenissime commissionis et opportuni mandati potestate sufficienti ad defendendum iura quelibet dicti comunis. Et cum potestate substituendi unum vel plures sindicos et defensores eorum vel alterius eorum loco totiens quotiens et cum mandato et potestate prout et sicut noverint quomodolibet convenire. Decernentes quod quotienscumque contigerit in curia domini capitanei populi Perusini modo aliquo seu forma petitionem aliquam produci contra comune Perusii per aliquem vel aliquos vel litem causam questionem seu controversiam moveri vel actum aliquem quacumque ratione vel causa quovis iure vel modo quomodocumque vel qualitercumque vel fieri ordinarie vel extraordinarie contra comune ipsum vel eius bona iura vel res. Quod tunc et eo casu sindicus dicti comunis sit et esse intelligatur ad defensionem pro dicto comuni suscipiendam et prosequendam per se vel substituendum ab eo et fine debito terminandam.

collateralis domini potestatis – Et uersa
vice in curia domini potestatis sit et esse
debeat collateralis domini Capitanei po
puli dicti comunis Sindicus ad defe
nsionem huiusmodi assumendam et pro
sequendam et ut supra premictitur
fine debito terminandam per se uel
substitutum ab eo – Si uero extra di
ctas curias potestatis uel Capitanei a
licubi Coram aliquo alio offitiale uel
magistratu Ciuitatis pisis quomodolibet
in dicta Ciuitate pisis ut supra pre
mictitur contra dictum comune produ
ceretur aliqua petitio uel lix causa
questio uel controuersia uel actus aliquis
fieret quoquo modo Quod tunc et eo ca
su Collecterales omnes dicti domini
potestatis et Capitanei sint et esse de
beant sindici et defensores uel alter eorum
qui tunc esse contingerit in Ciuitate si
contingeret alterum in offitio tunc non
esse videlicet abesse potestatis offitium
uel Capitanei antedicti. – Decernen
tes et statuentes quod supradicti Syndi
ci in casibus ut supra est expressum
possint teneantur et debeant defensio
nes huiusmodi suscipere et prosequi et
modis omnibus fine debito terminare
cum omni solertia et diligentia pro
ut decet et negligentiam quamlibet
amputare Itaque comune ipsum per ne
gligentiam uel Ignauiam in suis Iuri
bus uel alias nullatenus ledi queat.
Et si fraudem dolum aliquem uel ne
gligentiam aliquam ipsi uel alter eorum
commiserint quoquo modo quod ipso facto
et vice qualibet quilibet fraudem con
mictens uel dolum seu negligentiam
incidat in penam Quingentarum librarum
denariorum Et nichilominus teneatur re
sarcire omne dampnum quod ipsum comune
susciperet propterea quoquo modo Et
debeant super hoc spetialiter sindicari
– Et ad hoc ut per Ignorantiam eorumque
fierent non valeat contracta negligentia
uel fraus aliqua aut error Statuerunt
Quod nullus actus ordinarius uel extra
ordinarius possit uel debeat quoquo
modo fieri ad cuius Instantiam contra
dictum comune in aliqua ex curiis
supradictis uel comunis aliquo alio
magistratu seu offitiale dicte Ciuitatis
nisi primitus personaliter in et super
actu quolibet citati fuerint dicti co
lleterales et sindici in casibus pro
ut superius defensiones debent su
scipere prosequi et finire. – Et si secus
uel aliter fieret quod actum fuerit non
valeat ullo Iure et Ius aliquod pro
pterea alicui non Intelligatur in aliquo
acquiri posse uel debere modo aliquo
seu forma Et nichilominus quilibet contra
uel secus faciens vice qualibet incidat in
dictam penam ipso facto et de salario suo si
offitialis negligens fuerit auferenda et
retinenda eius tempore sindicatus ad
Instantiam cuiuscumque petentis Et quod
quilibet offitialis comunis pisis si contra
dictam formam uel aliter seu secus fa
ceret quoquo modo quo ad predicta sit
et esse Intelligatur adempta omnis cognitio
et Iurisdictio et facultas et exnunc ad
imerunt et reuocauerunt et adempta
et reuocata haberi voluerunt et decre
uerunt Et quod loco priuati haberi de
beant et censeri et loco priuati fungi
– Statuentes quod in casu quo aliquis ex
dictis collecteralibus aliquem in sindicum
seu defensorem substitueret quoquo modo

pen. 40. lib. collateral. si fuit neglig. in anib. capitul. cois pisis. contra dictum stat.

iure causa seu forma quod nichilominus sub dicta pena possit teneatur et debeat tali substituto dictare et ordinare scripturas et actus quoslibet et allegationes facere et consulere totiens et quotiens et prout et sicut fuerit quomodolibet oportunum. Aliquo non obstante.

[margin:] ... compromissum iudiciale ... et fieri debeat penale

VIII

Ut compromissa iudicialia observentur, duximus statuendum quod in quolibet compromisso quod fiet in futurum in iuditio quomodolibet secundum formam aliquorum statutorum comunis Perusii in quo non esset pena aliqua apposita quod ipso iure pena quingentarum librarum sit et esse intelligatur apposita et compromissum fieri et factum esse cum et sub dicta pena. Et sic debeat observari. Quam penam quilibet contra veniens seu non observans solvere teneatur et debeat eo ipso et ad solvendum cogi possit et debeat per quemlibet offitialem dicti comunis quomodolibet requisitum eo ipso videlicet pro dimidia parti contra non venienti seu observanti et pro quarta parte comuni Perusii et pro alia quarta parte offitiali executionem facienti. Et si offitialis requisitus fuerit negligens quomodolibet vel remissus ipso facto et vice qualibet incidat in dictam penam quingentarum

[margin:] pena

librarum, de suo salario retinendarum ad cuiuscumque petentis instantiam eius tempore sindicatus. Aliquo non obstante.

[margin:] Quod super compromissis iudicialibus examinationes testium fiant et fieri debeant per iudicem domini capitanei populi Perusii et non ratione vel alio quoquo modo.

VIIII

Volentes quod testificationes que fient in posterum super iudicialibus compromissis seu occasione vel causa dependentium quomodolibet ab eisdem vel aliquo ipsorum auctoritate non deviient, statuimus quod de cetero capitaneus populi Perusini proxime venturus et alii qui in posterum venient ad regimen dicte civitatis de tempore in tempus teneatur et debeat secum ducere et tenere continue unum iudicem in iure peritissimum qui sit et esse debeat specialiter electus et deputatus ex nunc super examinationibus testium qui quomodolibet super aliquo compromisso iudiciali vel contentis in eo aut dependentibus seu connexis modo aliquo iure seu forma per aliquem vel aliquos inducerentur seu examinari quomodolibet peterentur. Et ad hec ut testimonia talia a tramite non deviant rationis decernimus quod nullus testis super iudicialibus compromissis seu in iuditio factis seu quomodolibet faciendis in posterum possit vel debeat directe vel indirecte vel quovis colore quesito quomodocumque aut qualitercumque examinari per arbitros arbitratores seu amicabiles compositores vel tertium aut consultores

petentem audire directe vel indirecte vel quo ius colore quesito nisi departium procederet volumtate.

Quod super causa appellationis ab sententia confirmatoria prime appellari non possit. Et si decete infirmatoria partes cogi possit ad iurisperitum eligendum etc.

XI

Litium protelatio amputetur.

Statuimus quod quotiens cumque in aliqua curia Civitatis pisis ab aliqua diffinitiua sententia fuerit appellatum et Judex aquo pronumtiauerit quomodolibet vel sententiam tulerit prime sententie confirmatoriam, vel quod bene sententiatum fuerit et male appellatum quod atali pronumtiatione seu sententia appellari non possit nec debeat aut de nullitate proponi vel reclamari aut recurri aut aliquid fieri quominus prima sententia exequi possit et debeat iuxta exigentiam ipsius. Et si secus vel aliter fieret, quod actum fuerit, non teneat ipso iure. Et nullus offitialis comunis pisis possit seu debeat aliquem appellantem de nullitate proponemtem, reclamantem, recursum seu reductionem petentem atali pronumtiatione, seu sententia audire. Set exnunc quo ad predicta sit cuilibet offitiali dicti comunis tam incognoscendo, pronumtiando, sententiando et exequendo et alio quocumque actu adempta cognitio quelibet et potestas. Si autem pronumtiaretur vel ferretur sententia infirmatoria bene prime vel male sententiatum et bene appellatum quod non sit licitum vel permissum atali pronumtiatione seu sententia quomodolibet appellare recurrere reclamare aut de nullitate seu reductione proponere. Et si secus fieret ipso iure non teneat. Set eo casu si pars contra quam talis pronumtiatio vel sententia ferretur non acquiesceret cogantur et cogi debeant partes ipso facto ad eligendum iurisperitum. quem si pars altera eligere reniteretur quod Judici qui talem pronumtiationem seu sententiam tulit sit permissum pro eo eligere. Qui iurisperitus sic eligendus, possit et debeat de iure sententiam ferre inter tales partes. Et eius sententie omni appellatione nullitatis sententie propositione recursu, reclamatione et reductione postpositis possit et debeat stari per utramque partem omni exceptione remota. Qui quidem iurisperitus pro eius mercede habeat et habere debeat expensis partium litigantium salarium taxandum per iudicem aquo et ad quem appellatum esset prout et sicut per eosdem fuerit declaratum.

Quod exceptio non soluite gabelle ... tum non possit ... poni post ... viginti di...

XII

Cum sepe numero contractus propter oppositionem exceptionis non soluite gabelle in Juditio reddantur invalidi, et talis exceptio post longum

vel aliam quamcumque personam nisi du
taxat per dictum iudicem domini Capi
tanei et per ipsum dominum Capitaneum
ad hunc actum spetialiter deputandum
Et si secus vel aliter fieret quod actum
fuerit et quod sequeretur ex eo vel ob id
teneat ipso iure — Decernentes quod pre
fatus iudex possit teneatur et debeat
pena sub pena .x. libr. pro vice qualibet
et de salario eiusdem et Capitanei au
ferendarum et retinendarum eius
dem tempore sindicatus ad instantiam
cuiuscumque quotiens fuerit neglectum
seu strafactum omnibus diebus et
horis etiam solemnibus seu pascali
bus assidua diligentia intendere et
vacare circha examinationem talium
testium qui per aliquem seu aliquos
quomodolibet propterea inducerentur
Et quod sub dicta pena non possit vel
pena debeat quoquo modo iure vel cau
sa examinatione talium testium
seu alicuius eorum in aliquem vel
aliquos committere trasferre vel ali
ter delegare. Et si secus vel aliter
fieret quod factum fuerit et omne
quod sequeretur ex eo vel ob id
modo aliquo iure seu forma, ipso
iure sit irritum et inane et nu
llius roboris efficacie vel momenti
Et ut semper veritas defendatur
et testes ab ipsa deviantes sicut
convenit puniantur statuimus quod si
quis ex huiusmodi testibus examinan
dis per ipsum ut supra aliqua mali
gnitate seu humanarum mentium pa
ssione vel aliter se veritatis testim
onio subtraxerit vel aliter ab ea ob
erraverit Extunc prefatus iudex possit
teneatur et debeat sub dicta pena pena
et ut supra premictitur auferenda
omni iuris et statutorum solemnitate
postposita de facto huiusmodi testem
seu testes de falso punire et condem
nare in pena imposita per formam
statutorum comunis pisii prout vi
deret convenire Ita tamen quod minorem
penam non possit imponere quam que
de falso imponitur per statutorum dicti
comunis formam exigentiam et teno
rem ut terreantur cuncti veritatem
non ledere quoquo modo aliquo non
obstante.

Et super causa appellationis [illegible]
nullitate sententie petere non [illegible]
liceat modo aliquo compromissum [illegible]

c° x

Ut litigantium malignitas sub ficto co
lore petendi compromissum sententias
non divertat, duximus statuendum quod
de cetero nulli sit licitum vel permissum
quovis iure modo seu forma super
aliqua causa alicuius appellationis fie
ret ab aliqua diffinitiva sententia, seu
ab aliqua nullitate sententiarum, que quo
modolibet verteretur seu fieret in ali
qua curia Civitatis pisii, petere seu
peti facere per se vel alium quomodo
libet compromissum Et si peteretur talis
petitio non teneat ipso iure — Et nullus
offitialis comunis pisii possit vel debeat
quoquo modo iure causa seu forma talem

16

tempus sepe sepius opponatur quod videtur protinus inhonestum et iura civium leduntur non modicum cum sit labilis memoria hominum aliquorum et sic defectu non valeat longo tempore comuniri ne pretextu talis exceptionis que post longum tempus opponeretur aliquorum iura valeant impediri presenti capitulo duximus statuendum. Quod nulli sit licitum vel permissum in iuditio vel extra perse vel alium quoquo modo iure causa seu forma allegare vel opponere post lapsum viginti annorum a die celebrati contractus exceptionem non solute gabelle ex tali contractu cuius executio peteretur vel cuius vigore aliquid fieri quoquo modo iure vel causa quomodolibet intentaretur. Et si opponeretur vel allegaretur talis oppositio vel allegatio non teneat ipso iure. Et nullus iudex vel offitialis comunis perusii possit aut debeat talem proponentem seu allegantem talem exceptionem quomodolibet audire. Salvo quod predicta non vendicent sibi locum in donationibus in quibus seu contra quas liceat cuilibet talem exceptionem proponere secundum formam statutorum et ordinamentorum gabelle contractuum libere et impune aliquo non obstante.

Quoniam videatur iniquum ut qui per viginti annorum curricula vigore alicuius sententie aliquam rem possiderit ex eo quod de processu docere non posset quomodolibet molestetur. Statuimus quod si quis aliquam rem possiderit per viginti annos quod ex eo quod de processu docere non posset non possit vel debeat quoquo iure modo causa seu forma directe vel indirecte propterea vel ob id quomodolibet molestari turbari vel aliter inquietari in super aut de tali re ut supra possessa. Et si secus vel aliter fieret quod factum fuerit non valeat ipso iure. Et nullus offitialis comunis perusii possit aut debeat talem molestantem audire sub pena quingentarum librarum denariorum. Et nichilominus quod factum fuerit non teneat ipso iure. Et in dicta pena dictus offitialis contra faciens debeat puniri et condemnari eius tempore sindicatus per suos sindicatores ad instantiam cuiuscumque petentis aliquo non obstante.

In offitio dominorum priorum per domicellos et servientes debitum obsequium pro honore dicti offitii preberi possit duximus statuendum. Quod domini priores et camerarii qui fuerint de mensibus maii et iunii cuiuslibet anni et de anno in annum possint et eis liceat refirmare domicellos servientes

VIII

VIII

[Margin notes:]
pro non so[lu]to gabelle contra[ctus] possit op[poni] post lapsum [vi]ginti annorum

Quod quicumque aliquid possiderit per viginti annos vigore alicuius sententie non possit inquietari eo quod de alio processu docere non possit.

pena offitialis

De electione domicellorum dominorum priorum.

in palatio ipsorum in totum vel in partem vel alios de novo eligere in totum seu in partem prout et sicut ipsis dominis prioribus et camerariis videbitur convenire. Et quod eorum vel alicuius eorum refirma seu electio nova fiat et fieri possit generalis vel particularis, obtempto tamen partito ad bussulas et fabas albas et nigras, videlicet per dominos priores de per se per septem fabas ad minus in concordia et per duas partes dominorum camerariorum in consilio existentium. Decernentes quod nulla refirma seu electio fieri possit vel debeat nisi dumtaxat pro uno anno et cum salario et muneribus consuetis. Et etiam quod nullus possit refirmari vel eligi qui non sit civis Pistorii et quod non possit esse maior numerus septem inter quos unus debeat esse citarista. Et si secus vel aliter fieret non teneat ipso iure, aliquo quod loqueretur in contrarium non obstante.

Quod domicellis non liceat recedere de palatio dominorum priorum sine licentia prioris priorum.

xv

Statuimus ad hoc ut domicelli servire debentes in palatio dominorum priorum continuum prebeant servitium prout de dominorum priorum processerit voluntate, quod nulli domicello sit licitum vel permissum sine licentia domini prioris priorum recedere de palatio dictorum dominorum priorum, sub pena decem soldorum pro quolibet et vice qualibet qua recesserit, in quibus decem soldis possit et punctari debeat per dominos priores. Et quod massarii comunis Pistorii, sub pena centum librarum, possint, teneantur et debeant tales apunctaturas retinere et ad eorum introitus mictere prout et sicut per cedulam prioris priorum sigillatam sigillo parvo ad arma comunis Pistorii, aliquo non obstante. (pena domicelli) (pena massarii)

Quod nullus camerarius de dictis capitulis possit conpunctari de bito post pulsatione campane consilio camerariorum pro congregando.

xvi

Quoniam rationi est consonum ut publica utilitas semper veniat anteponenda private, ut securius et celerius camerarii congregentur omni vice qua pulsatum fuerit ad consilium pro eisdem, hoc capitulo duximus statuendum. Et quotiens cumque contigerit pro congregando consilio camerariorum artium civitatis Pistorii in palatio dominorum priorum artium dicte civitatis seu in palatio domini capitanei populi Pistorii pulsari ad consilium ipsorum camerariorum demandato dictorum dominorum priorum seu capitanei primitus bampnito consilio ut moris est. Et post sonum campane primum pro tali consilio congregando nullus camerarius artium dicte civitatis possit vel debeat quo

pena ...

Quod camerarius ... vel ... communi ... lateribus ... alio ... occasione ... a prioris ... non possit ...

quo iure modo vel causa arestari ca-
pi vel detineri personaliter pro aliquo de-
bito privato seu occasione vel causa ta-
lis debiti aut dependentium ab eodem
per totam illam diem in qua pulsatum
fuerit pro tali consilio congregando vide-
licet post sonum campane que pro
huiusmodi consilio pulsaretur. Et quod nulli
offitiali dicti comunis vel alteri cui-
cumque persone sit licitum vel permis-
sum ad alicuius seu aliquorum instan-
tiam seu ex offitio post sonum primum
dicte campane pro tali consilio congreg-
ando personaliter arestare capere
seu detinere aut detinere capere vel
detineri facere aliquem ex dictis ca-
merariis pro aliquo privato debito
vel facto seu cuius occasione vel causa
aut dependentium quomodolibet ab
eisdem vel altero eorum quomodocu-
mque vel qualitercumque directe
vel indirecte vel quovis colore que-
sito sub pena et ad penam quing-
entarum librarum denariorum de suo sa-
lario retinendarum eius tempore sin-
dicatus. Et nichilominus talis arre-
statio captio seu detemptio non tene-
at ipso iure. Non obstantibus quibus-
cumque processibus sententiis seu
licentiis factis datis seu faciendis
vel dandis contra aliquem camerari-
um quoquo modo iure causa seu
forma vel aliis obstaculis quibus-
cumque.

XVII

Ad utilitatem et comodum Civium
et comitatensium intendentes du-
ximus statuendum Quod nullus Comi-
tatensis pisanus vel habitator in comi-
tatu possit vel debeat in die sabbati
capi vel detineri pro aliquibus co-
munantiis seu gabellis comunis pi-
sani nec earum occasione nec pro acta-
tione viarum pontium seu fontium
Civitatis vel comitatus pisani aut pro
aliquo facto vel negotio dicti comunis
ad aliquorum seu alicuius instantiam
vel aliter molestari realiter seu per-
sonaliter quoquo modo predictorum vel
alicuius eorum occasione vel causa vel de-
pendentium seu conexorum quotiens-
cumque aliquis eorum veniret seu
venerit ad Civitatem pisanam quoquo
modo. Et quod nullus offitialis comunis
pisani vel executor aliquorum emptorum
gabellarum seu comunantiarum dicti co-
munis possit vel debeat tali die ali-
quem ex talibus comitatensibus seu
habitantibus in Comitatu capere de-
tinere vel quomodolibet molestare
realiter seu personaliter predictorum
vel alicuius eorum occasione vel causa
seu dependentium vel conexorum di-
recte vel indirecte vel quovis colore
quesito sub pena quingentarum librarum
pro quolibet et vice qualibet qua fu-
erit contrafactum Et etiam de offitia-
lis salario retinendarum eius tempore
sindicatus. Et nichilominus quod secus
vel aliter actum fuerit non teneat ipso
iure. Non obstantibus quibuscumque
contractibus seu cedulis venditionum

hodie non die sabbati in die martis [illegible] comitatini pro debitis comunis sibi vel suc- [illegible] [illegible]

pena i. off.

gabellarum seu comunantiar dicti
comunis factis ul faciendis seu or
dinamentis ul statutis dicti comu
nis loquentibus in contrarium ul dis
ponentibus quoquo modo – predicta
tamen non vendicent sibi locum in
malefitijs Et etiam in hominibus seu
personis Castror seu villar dicti
comitatus qui non dedissent fideiu
ssores pro solutione gabellar macin
atus et salarie ul alterius earum seu
buchas non assignassent secundum fo
rmam ordinamentor talium gabell
arum ul alterius earum quousque
tales fideiussores non dederint pro
solutionibus faciendis occasione taliu
gabellar ul alterius ipsarum et bu
chas non assignauerint prout debent
Qui pro talibus gabellis macinatus
ul salarie dumtaxat in dictis casib
us ul altero eorum capi possint ali
quo non obstante.

De curiales romane curie
pro Ciuibus habeant et trac
tentur quotiens romana
curia in Ciuitate perus re
sedebit.

xviij

Statuimus quod omnes et singuli curia
les qui uere morarentur in Ciuita
te perusij quotienscumque romana curia
in Ciuitate perusij resideret habeantur et
tractentur in Ciuilibus et criminalibus
causis pro ueris et originarijs Ciuib
us et tamquam veri et originarij
Ciues perus Et offendentes eos ul
aliquem eorum perinde puniantur et
puniri debeant per potestatem et Capi
taneum et alios offitiales comunis perusij
prout et quemadmodum punirentur
et puniri deberent illi qui offenderent
veros et originarios Ciues perusinos
– Ne dubietas qui curiales habeantur
inposterum oriri possit declarauerunt
quod illi intelligantur esse curiales qui
haberent aliquod offitium in curia ro
mana Et omnes prelati et clerici in
sacris ordinibus constituti forenses Et
ambaxiatores quicumque Et similiter
omnes familiares dictor curialium
prelator clericor eorumdem ul aliquo
ipsorum.

De exceptione offi
cialium clericor.

Statuimus quod omnes et singuli offitia
les curiales clerici quotienscumque
romana curia in Ciuitate perusij resid
eret sint et esse intelligantur inmunes
et exempti a solutione pedagij et cui
cumque alterius gabelle seu comun
antie comunis perusij prout et quem
admodum placitum fuerit domino
summo pontifici qui pro tempore in
Ciuitate perusij resideret – Itaque prout
et sicut per dictum dominum summum
pontificem extiterit declaratum super
tali exemptione seu inmunitate eo
residente perusij Ita possit et debeat
inrefragabiliter obseruari aliquo
non obstante. xix.

De pena hospi
tator Ciues
emētium.

Ut abundantia carnium habeatur in
populo perusino ex campione carnium
uenditione ex quo ob dicti populi alimoniam
sic inductum. Statuimus quod de cetero ult xx.

hospitator civis seu forensis residens in
Civitate burgis aut suburgis pusij po
ssit audeat vel presumat per se vel ali
um quoquo modo emere seu emi
facere publice vel oculte in campi
one carnium comunis pusij carnes
recentes ante nonas sub pena decem — pena hospit.
librarum denariorum pro quolibet et qua
libet vice et nichilominus eo ipso ca
rnes perdat Et quod cuilibet sit licitum
ipsum accusare seu denumptiare. Et
habeat quartam partem pene et q
uarta pars sit offitialis executionem
facientis et dimidia sit comunis Et
similiter quicumque offitialis per se
berent inventi portare arma offendibi-
lia per ipsam plateam secundum formam aliorum
statutorum dicti comunis. — Portantes v-
ero dicta arma offendibilia per alia lo-
ca Civitatis Burgorum seu suburgorum pusi
condemnari et puniri debeant pena sim-
pli, respectu pene contente in statutis dicti
comunis. Siquis autem dicta arma liga-
ta portaverint extra plateam dicte Civi-
tatis eundo in Comitatum pusi, vel extra
seu redeundo de dicto Comitatu vel ex-
tra in ipsam seu ad ipsam Civitatem, non possit
nec debeat propterea in aliquo condem-
nari seu puniri. Salvo quod predicta
non vendicent sibi locum in specialiter
nominatis in statuto dicti comunis libro
tertio capitulo centesimo decimo nono
sub rubrica de Armis.

De pena deferentium arma offendibilia seu braccelectos in festivitatibus sancti herculani Costantii et certis aliis festivitatibus.



Quoniam cessante causa, cessat effectus,
Et propter effrenatam armorum lice-
ntiam in quibusdam festivitatibus dela-
torum per Civitatem pusi, plurima scan-
dala sunt secuta, ut in posterum erip-
iatur occasio scelera committendi, duxi-
mus statuendum, Quod decetero nulli Ci-
vi seu districtuali pusi equestri seu
pedestri sit licitum vel permissum per
se vel alium portare seu portari fa-
cere per Civitatem burgos seu suburgos
pusi diebus istarum solemnitatum vel
alicuius earum aliquod genus armorum offe-
ndibilium, neque braccelectos ferreos,
videlicet in festivitatibus beati Costantii, Ca-
thedre sancti petri, sancti Macthie, beati her-
culani, Corporis xpisti, Ascensionis domini
yhesu xpisti, et assumptionis virginis glo-
riose de mense Augusti, vel alicuius
earum, nec etiam die precedente vel se-
quente festum beatissimi Martiris her-
culani, modo aliquo seu forma, vel
quovis colore quesito sub pena illa maio-
ri qua puniri deberet per formam statutorum
comunis pusi repertus per familiam arma
offendibilia deferre per ipsam Civitatem,
respectu loci ubi repertus esset. — Decern-
entes quod quilibet offitialis comunis pusi
possit teneatur et debeat contra huiusmodi
arma deferentes in dictis festivitatibus
vel aliqua earum, de facto procedere per
generalem inquisitionem, seu per inditia
vel aliquo quovis modo ut sua discr-
etio noverit convenire. Et repertos
quomodocumque culpabiles, punire et con-
demnare prout inde ac si per familiam
dicti offitialis repertus esset arma offe-
ndibilia detulisse contra formam dictorum
statutorum. — Predicta tamen non ven-
dicent sibi locum in Civibus seu di-
strictualibus pusi, qui irent in Comi-
tatum pusi seu extra dictum comita-
tum, seu in ipsam Civitatem redirent
inquantum aperte probaverint ire in
comitatum vel extra seu redire de comi-
tatu vel extra ad ipsam Civitatem. — Et
ut arma ferendi cesset omnis occasio,
statuimus, Quod nulli Buctigario Civi
districtuali, sive forensi, liceat modo
aliquo seu forma, in aliqua eius cam-
era seu apotecha sit licitum vel permissum
retinere aliqua arma offendibilia
exceptis armis suis propriis, dum
tamen ipsa arma assignaverit potest-
ati et Capitaneo in principio offitii
utriusque. Et siquis inventus fuerit
arma ipsa retinere quod ipso facto et vice
qualibet et proquolibet petio armorum
offendibilium repertorum incidat in pena
vigintiquinque librarum denariorum. — Et quod cui-
libet sit licitum et permissum quem-
libet in aliquo premissorum delinquentem,
denumptiare seu accusare, dominis
potestati seu Capitaneo. Qui teneantur
et debeant contra tales denumptiatos
seu accusatos procedere et desfacto con-
depnare in penis et prout superius
continetur. — Et quod nichilominus sub pena
quingentarum librarum denariorum uterque ipsorum tene-
atur et debeat mense quolibet per inqui-
sitionem generalem procedere contra err-
antes in aliquo predictorum. Et repertos
culpabiles punire et condemnare secundum Ingssine

exigentiam premissorum. Et accusans seu
denumtians de omni eo et toto quod ue
nerit in comuni occasione huiusmodi de
numtiationis uel accusationis habere
debeat quartam partem./

Quod nulli Civi uel comi
tatensi conducto uel ad
offitium assumpto seu emptori
comunantiarum uel custodibus
portarum liceat arma portare

c. iij°



Nullus Civis uel Comitatensis pisii
qui esset conductus uel conduceretur in
posterum quoquo modo, ad stipendium uel
prouisionem comunis pisii, seu qui,
ad aliquod offitium dicti comunis esset
assumptus uel electus, seu eligeretur
uel assummeretur quomodolibet in fu
turum, cum salario, stipendio seu pro
uisione, uel sine possit uel debeat,
uigore talis conducte, firme, seu refir
me assumptionis uel electionis porta
re in Ciuitate burgis uel suburgis
pisii aliquod genus armorum offendibi
lium. Et portantes huiusmodi arma
puniantur et puniri et condemnari de
beant in penis determinatis per formam
aliorum et presentium statutorum dicti co
munis pisii. Et quod nullus qui emis
isset seu emeret quomodolibet in futu
rum aliquam comunantiam seu gabe
llam, uel aliqua bona dicti comunis, uel
qui esset seu erit quomodolibet obli
gatus ad solutionem pretii talis co
munantie seu bonorum uel aliquis ali
us uirtute talis emptionis seu conten
torum in ea, possit seu debeat quoquo
modo per se uel alium portare seu
portari facere per Ciuitatem burgos
seu suburgos pisii aliqua arma offe
ndibilia. Sub penis contentis in aliis
et presentibus statutis comunis pisii.
Non obstantibus aliquibus contractibus
uel pactis initis seu in futurum ine
undis inter comune pisii et emptores
uel aliis obstantibus quibuscumque.
Saluo quod predicta non uendicent sibi
locum in illis Ciuibus seu comitaten
sibus, qui conducerentur ad stipendium
seu prouisionem dicti comunis qui
bus liceat in pune huiusmodi arma
ferre per ipsam Ciuitatem burgos seu
suburgos pisii illo die dumtaxat quo
publicam mostram facerent in platea com
pisii, dum tamen hoc non intelligatur
nec possit in aliquo opitulari aliquibus
castellanis uel potestatibus terrarum uel
cassarorum seu eorum famulis conductis seu
conducendis ad custodiam alicuius cassari
castri fortalitii uel bastite comunis pisii
aut quomodocumque suppositi dicto comuni.
Quibus castellanis et famulis aut
alicui eorum per ipsam Ciuitatem burgos
seu suburgos pisii, talia arma non li
ceat deferre modo aliquo seu forma,
nisi ligata. Custodibus autem portarum
burgorum seu suburgorum pisii non sit
licitum arma portare modo aliquo per
Ciuitatem ipsam, nisi dumtaxat cum ue
nerint ad bollectinum ad presentandum
aliquem forensem. et cum inde redie
runt ad ipsam portam, ad cuius custo
diam fuerint deputati aliquo non ob
stante./

Quod non possit procedi super
accusatione aliqua per dela
tione armorum, nisi certa
forma seruata.

c. iiij°

Cum sepe numero quorundam mali
gnitas et contra debitum ueritatis
pro delationibus armorum accusationes
instituerit, seu porrexerit, Coram offi
tialibus comunis pisii, ut sub prauii
tate simoniaca uel aliter ut accusatorum
substantias extorquerent, ne de cetero
talis iniquitas inualescat, duximus
statuendum, Quod in posterum super
aliqua accusatione, que quomodolibet
institueretur fieret, seu produceretur
pro delatione seu ratione uel causa
delationis armorum, Coram domino potesta
te, uel Capitaneo, uel aliquo alio offi
tiale comunis pisii, contra aliquem uel
aliquos quod per ipsum dominum potesta
tem, capitaneum, uel alium offitialem
dicti comunis non possit nec debeat
quoquo modo Iure causa seu for
ma cognosci seu procedi nisi primi
tus probatio facta fuerit super conten
tis in tali accusatione per tres testes

fidedignos de veritate deponentes. Et si procederetur vel aliquid fieret secus quicquid actum fuerit et etiam sententia que ferretur non teneat ipso iure. Possit tamen inquiri contra arma portantes iuxta et secundum exigentiam aliorum et presentium statutorum aliquo non obstante.

De pena offitialis neglige[n]tis contra arma portantes et de potestate [illegible] offitialis

. C. V°.

Si quis inventus fuerit cum aliquo genere armorum per aliquem offitialem comunis Perusii, aut familiam ipsius. Et talis offitialis condemnationem et punitionem non fecerit secundum formam aliorum et presentium statutorum, contra talem arma portantem, et executionem debitam, seu fraudem aut negligentiam aliquam commiserit quoquo modo, vel locum, tempus, seu armorum qualitatem mutaverit vel subalternaverit. Et probari poterit eius tempore sindicatus, ad instantiam cuiuscumque per tres testes fidedignos. Quod talis offitialis pro quolibet et vice qualibet quo seu qua repertum fuerit et probatum ut supra, ipsum aut eius familiam fraudem aliquam aut negligentiam commisisse condemnetur et condemnari possit et debeat per suos sindicatores eius tempore sindicatus, et de suo salario retinenda in illa et eadem pena, qua condempnari et puniri debuisset huiusmodi arma portans per formam presentium et aliorum statutorum. De quo et super quo possit et debeat per suos sindicatores specialiter sindicari. Pena ipsis sindicatoribus si negligentes fuerint ducentorum florenorum de auro a quolibet et vice qualibet de facto per maiorem sindicum auferendarum. Et nichilominus idem offitialis ipso facto incidat in penam V. librarum vice qualibet ut supra auferendarum. Ceterum ut offitiales ipsi, sub obtemptu comodi contra deferentes arma reddantur ad exequendum condemnationes efficacius promptiores, Statuimus quod de omni et toto eo quod occasione portationis seu delationis armorum, quilibet offitialis comunis Perusii venire fecerit in comune, et in camera massariorum, habeat et habere possit et debeat a dictis massariis

absque aliquo alio precepto vel mandato, quartam partem.

Pena offitialis [illegible] offitialis

[illegible] offitialem [illegible] quartam [illegible] armorum

Nota pro offitialibus



Quod copia inquisitionis facte de latione armorum et cedule inventorum cum armis contentorum micti debeant ad cancellariam comunis Perusii.

. C. VI°.

Et sic ut nulla fraus aliqua circha arma portantes de cetero committatur, Statuimus quod dominus Potestas, capitaneus populi, et quilibet alius offitialis comunis Perusii, qui contra aliquem pro delatione armorum quoquo modo per inquisitionem procederet, seu qui pro armis cercari fecisset, et in tali cercatione aliquis inventus fuerit arma portare, teneatur et debeat illo eodem die, quo copiam inquisitionis seu arma mictere tenetur in cameram massariorum, vel ante dictum diem, similiter copiam talis inquisitionis sigillatam mictere ad cancellariam comunis Perusii. Et in presentia cancellarii seu abreviatoris reformationum in capsam in dicta cancellaria existentem immictere. Et similiter cum arma miserit ad cameram massariorum illo die vel ante mictere et immicti facere in dictam capsam ut supra cedulam continentem nomen inventi cum armis et in quo loco et quo tempore et armorum genera similiter sigillatam. Et si potestas capitaneus vel alius offitialis dicti comunis negligens fuerit, vel remissus ipso facto incidat in penam quingentarum librarum denariorum de suo salario auferendarum et retinendarum eius tempore sindicatus per suos sindicatores. Decernentes quod talis capsa offitiales massariatus comunis Perusii expensis dicti comunis et de quibuscumque eorum introitibus aptari possit et debeat in dicta cancellaria, et tribus serraturis et clavibus ordinari quarum unam retinere debeat dominus Potestas, alteram dominus Capitaneus et alteram cancellarius dicti comunis. Et quod in fine offitii cuiuslibet offitialis qui inquisitionem seu cedulam immicti fecissent talis capsa aperiri possit et debeat per duos dies ante finem offitii. Et tales inquisitiones seu ce-

Pena offitialis

dule directe per talem offitialem cuius offitium finiretur micti debeant sindicatoribus talis offitialis, qui diligenter videant et examinare teneantur et debeant talis offitialis processus seu sententias factas seu latas tali de causa, an omissio vel fraus aliqua sit commissa. Et si invenerint omissionem vel fraudem aliquam esse commissam, quod ipso facto et vice qualibet qui omissionem vel fraudem commisissent, puniri et condemnari debeant in mille libris den. — (pena offit.)

De etiam decernimus quod talis capsa nunquam possit vel debeat, nisi dicto tempore aperiri; pena simili cuilibet offitiali vel alteri cuicunque apperienti seu aperiri facienti, seu claves mictenti vicequalibet de suo salario auferendorum eius tempore sindicatus. — (pena offit.) Et simili pena puniri debeant de facto domini priores, et omnes alii qui contra seu preter dictam formam talem capsam apperirent, seu aperiri facerent, seu frangerent vel ex ea scripturam aliquam extraherent, seu extrahi facerent. — (pena priorum) Et quod super his omnibus quilibet possit et debeat specialiter sindicari et in dictis penis de facto condemnari et puniri.

(Quod de malefitiis que committerentur in palatio dominorum priorum cognosci possit et debeat.)

.C. viii°.

Ut malefitia non remaneant inpunita que quomodolibet committerentur in posterum in palatio dominorum priorum artium civitatis Perusii duximus statuendum quod dominus potestas et capitaneus populi civitatis Perusii et uterque eorum possint teneantur et debeant modis omnibus diligenter perquirere de et super omnibus et singulis malefitiis que in futurum quomodolibet committerentur in dicto palatio dominorum priorum, videlicet de his que commissa essent tempore precessorum potestatis seu capitanei. Et si repererint aliquem malefitium aliquid commisisse quod — (pena potest. et cap.) sub pena mille flor. de auro pro quolibet negligente et vice qualibet de suo salario auferendorum eius tempore sindicatus possint teneantur et debeant procedere et condemnare in penis et executionem facere secundum formam statutorum dicti comunis Perusii. Non obstante aliquo capitulo statutorum maxime disponente quod contra priores

non possit cognosci per viam inquisitionis etc. — (vide in cap. de clericis posito in libro 73 in statuto libro ii°.)

(Quod de certis malefitiis que committerentur in plateis et quibusdam ecclesiis vel locis non possit fieri concordia.)

.C. viiii°.

Decernimus quod de quibuscunque malefitiis que committerentur cum armis vel sine in aliquo locorum contentorum in statuto posito in libro tertio capitulo decimo de percutiente cum armis videlicet a principio dicti statuti usque ad paragrafum qui incipit Si autem in aliqua via exeunte ad ipsam plateam etc. et in aliqua alia ecclesia ab ecclesiis in dicto statuto comprehensis non possit nec debeat fieri concordia. Et si fieret non teneat ipso iure. — Preter quam de malefitiis que committerentur sine armis inter quoscunque continue morantes tempore eorum offitii in aliquo palatiorum contentorum in dicto capitulo videlicet a principio usque ad dictum paragrafum Si autem in aliqua via etc., quo casu possit fieri concordia et admictatur.

Decernimus quod quilibet malefactor qui malefitium aliquod in talibus locis vel aliquo eorum committeret libere licite et impune possit capi et duci in fortiam domini potestatis et capitanei vel alterius offitialis comunis Perusii. — (nota quod malefactor potest extrahi de ecclesia a quocunque)

(Distinctio platee civitatis Perusii.)

.C. x°.

Cum in multis locis statutorum comunis Perusii fiat mentio de platea civitatis seu comunis Perusii cum platea ipsa propter distractionem dudum factam de palatio de pede platee et etiam de ecclesia sancti Anestasii et certis aliis domibus et etiam propter palatium novum inceptum in capite platee, duximus statuendum quod platea civitatis seu comunis Perusii sit et esse intelligatur a domibus olim Thebaldi domini Bandini et a palatio novo predicto quod inceptum est hedificari in capite platee post ecclesiam sancti Laurentii usque ad ecclesiam sancti Ysideri et domos olim domini Ufreducii domini Petri et fratrum et domum olim Guilielmi Petri Guilielmi et domum Vianecoli Andreutii et domos olim domini Nicole domini Pauli. Et etiam per viginti passus in quolibet rembucco et via qualibet exeunte ad ipsam plateam. Item

No. xx passus

passus sit quinque pedum ad pedem comunis Perusii designatum in campanili sancti Laurentii.

De pena offendentis civem vel comitatensem Perusii extra territorium Perusii. — C. X°.

Si quis offenderet aliquem civem vel comitatensem Perusii personaliter in quacunque parte mundi et postea talis offendens ad civitatem et comitatum se conferret possit ei et in eum una dia ac si talis offendens dictam personalem offensam fecisset in civitate vel comitatu Perusii. Dummodo non possit inchoari processum contra predictum offendentem nisi ipso existente in civitate Perusii. Nec possit procedi ad capturam talis offendentis nisi facta plena probatione coram officiali coram quo peteretur dictum offendentem capi.

De pena facientis iniuriam officialibus forensibus vel familie ... aliquo.

C. XI°.

Quicumque deinceps committeret aliquod maleficium vel iniuriam aliquam faceret in personam vel contra personam alicuius officialis forensis comunis Perusii durante officio ipsius officialis seu post depositum eius officium per unum mensem vel aliquem de familia ipsius, vel extraxerit aliquem qui duceretur occasione quacumque per familiam alicuius officialium forensium dicti comunis de manibus familie predicte, vel aufugere fecerit vel dederit seu prestiterit auxilium vel favorem ad predicta vel aliquod ipsorum puniatur et puniri debeat et condempnari dupla pena qua puniri et condempnari deberet per formam statutorum comunis Perusii. Statuentes quod de eis super predictis aut aliquo ipsorum non possit vel debeat modo aliquo seu forma concordia fieri, et si fieret non valeat nec teneat ipso iure.

De pena committentium quedam delicta noctis tempore.

C. XII°.

Statuimus quod de omnibus et singulis robbariis rapinis ablationibus et furtis que quomodolibet committerentur noctis tempore in civitate burgis vel suburgis Perusii solvatur et solvi debeat pena quadruplicata eius quod solvi deberet per formam statutorum comunis Perusii. Et in dictis casibus et quomodolibet ipsorum unusquisque delinquens possit et debeat in dicta pena quadruplicata condempnari et de ea executio fieri cum effectu. Decernentes quod super huiusmodi delictis vel aliquo ipsorum non possit vel debeat fieri vel admicti concordia ullo modo. Et si fieret vel admitteretur non teneat ipso iure.

De pena committentis adulterium.

C. XIII°.

Quicumque in concordia cum aliqua adulterium commiserit puniatur et puniri debeat in ducentis libris et super tali delicto possit fieri concordia et admicti debeat. Et intelligatur adulterium in concordia fore commissum si mulier in iuditio confessa fuerit adulterium fuerit perpetratum vel commissum concordia locum non habeat nec admicti debeat quoquo modo et quilibet delinquens vice qualibet puniri possit et debeat in quingentis libris denariorum.

concorditer commissum ... adulterium.

De pena scalantis domum aliquam monasterium vel eius fenestram.

C. XIIII°.

Si quis posuerit scalam funis vel ligaminis ad fenestram alicuius domus vel ad murum aliquem vel ad monasterium et intraverit vel intrare conatus fuerit quacumque de causa capite puniatur.

Quod puniantur quedam maleficia inter coniunctos commissa.

C. XV°.

Cum ex forma cuiusdam capituli positi in tertio libro voluminis statutorum comunis Perusii sub rubrica Quod non puniantur quedam maleficia inter coniunctos commissa et est sub capitulo quinquagesimo septimo quedam maleficiorum inpunitas concedatur volentes dictum capitulum in quibusdam corrigere, duximus statuendum quod ipsum capitulum in paragrafo qui incipit Si autem maleficia commissa fuerint sine ferro etiam cum effusione sanguinis et cetera sic sit et intelligatur esse correctum videlicet quod ubi disponitur quod talia maleficia in dicto paragrafo contenta non puniantur intelligatur quando vir vel masculus percuteret feminam nisi probaretur quod causa committendi adulterium maleficium commisisset. Alia vero maleficia que secundum formam dicti paragrafi sunt inpunibilia puniantur et puniri

1391

Hoc capitulum quo puniantur quedam maleficia inter coniunctos etc. sub anno domini millesimo iii° lxxxxi de mense decembris per dominos priores et camerarios ex arbitriis adunantie generalis fuit correctum et reductum ad formam antiqui statuti de quo in dicto capitulo fit mentio in principio hoc addito quod si quis ex dicto premisso in dicto statuto vellet accusare et fecerit pacem vel concordiam admictatur soluta gabella contenta in dicto capitulo contingitur. Prout de dicta correctione constat manu ser Johannis magistri ... notarii ...

debeant secundum formam statutorum comunis perusii per inde ac si facta essent contra alias personas non coniunctas. Nisi talia maleficia facta fuerint manu vacua. Per concordiam tamen remictatur et remicti possit et debeat tota pena soluta tamen gabella debita secundum formam statutorum comunis perusii. In illa quantitate que solui debet, quando tota pena remictitur propter concordiam seu pacem. Aliquo non obstante.

De pena homicidii et de capitare homicidam capiens vel offendentis vel vulneratem aliquem in platea

Ca.° xxvj.°

No. quod homicidii pena duplicatur preter statutum

No. quod committens homicidium in platea vel prope eam per xx. passus debet capitari.

Cum homicidii facinus cuncta scelera equiperet vel excedit duximus statuendum. Quod de quolibet homicidio quod committeretur in seu contra personam civis comitatensis vel forensis duplicetur et duplicari debeat pena. Et committens ipsum homicidium condempnetur et puniatur et condempnari et puniri debeat per formam aliorum statutorum comunis perusii. Salvo et expresse reservato quod de homicidio quod committeretur in platea comunis perusii vel prope ipsam plateam per viginti passus sit et esse debeat pena capitis. Et quod cuilibet sit licitum et permissum persequi et capere et captum ducere et mictere in fortiam comunis perusii quemlibet homicidium committente in ipsa platea vel prope per viginti passus et quemlibet alium qui aliquo genere armorum in ipsa platea vel prope per viginti passus aliquem quomodolibet vulneraret. Et si contigerit quod talis qui persequeretur homicidam vel qui vulnerasset aliquem in platea ut supra et talem caperet seu duceret et in persequendo capiendo aut ducendo quolibet eundem offenderet. Quod occasione vel causa talis offensionis nullatenus puniri seu condempnari debeat quoquo modo. Et si secus vel aliter fieret non teneat ipso iure. Ad hoc ut platea ipsa tamquam vere securitatis asilum ab omnibus venerabiliter conservetur. Aliquo non obstante.

[illegible]

Ca. xxvij.°

cuius esset vel erit exbampnitus et condempnatus comunis perusii pro aliquo maleficio vel delicto quod committeretur in aliquo locorum contentorum a principio capituli statutorum dicti comunis de quo supra fit mentio in capitulo quod incipit quod de certis malleficiis que committerentur in platea etc. videlicet a principio dicti capituli posita libro tertio sub rubrica de percutiente cum armis etc. decimo capitulo usque ad paragrafum dicti capituli qui incipit Si autem in aliqua via exeunte etc. numquam possit seu debeat modo aliquo causa seu forma rebampniri nec ad gratiam et benivolentiam comunis perusii admicti vel quomodolibet recipi vigore cuiuscumque statuti vel reformationis dicti comunis exponentes de rebampnitione exbampnitorum seu condempnatorum in aliquo casu. Nec vigore cuiuscumque generalis arbitrii adunantie generalis vel alterius cuiuscumque consilii comunis seu populi perusii quod concessum esset seu concederetur in posterum sub quacumque verborum conceptione nisi in generali adunantia facta fuerit expressa mentio et nominatio et specialis provisio super rebampnitione talis exbampniti rebampniendi. Et si secus vel aliter fieret non teneat ipso iure. Et quilibet contra faciens ipso facto incidat in penam quingentarum librarum denariorum. Salvo et expresse reservato. Quod quicumque exbampnitus et condempnatus dicti comunis presens vel futurus interficeret aut vivum in fortiam comunis perusii duceret seu consignaret aliquem rebellem comunis perusii presentem vel futurum quod sit eo ipso et esse intelligatur exnunc rebampnitus et eum rebampnimus et absolvimus exnunc ab omni bampno et condempnatione eiusdem. Et quod eius condempnatio quelibet per officiales armarii et quemlibet eorum solum habita fide de consignatione interfectionis talis rebellis possit et debeat cassari et cancellari. Et exnunc quemcumque processum et condempnationem eiusdem cassamus et

conmictantur. Non tamen sit licitum vel per-
missum alicui exbannito seu condempnato ex-
bampniendo qui aliquem rebellem dominum
duceret seu consignaret seu eligere vel
rebampnire aliquem exbampnitum et con-
dempnatum seu exbampnitum tantum seu
condempnatum tantum communis predicti ali-
quo colore quesito sed solummodo rebam-
nitionis beneficium sibi et non alteri possit
et debeat applicari in quolibet casuum pre-
dictorum. Et si contra predictorum exigentiam
aliquid fieret ex nunc eo ipso decernimus
non valere. Et nichilominus quilibet con-
faciens incidat in dictam penam per quem-
libet offitialem communis pisani auferendam
aliquo non obstante.

C. domus committentium maleficium certis locis destrui debere sub certa pena.

C. xviii.

Statuimus quod committenti aliquod homici-
dium vel aliud delictum seu maleficium
in personam alicuius cum aliquo genere
armorum cum sanguinis effusione in locis com-
prehensis in proxime precedenti capitulo
et capitulo dicti statuti vel in aliquo ipsorum
ultra determinatam penam per formam dicti
statuti et presentium statutorum debeat do-
mus ipsius vel in civitate pisana vel eius
comitatu et districtu funditus destrui
et demoliri. Et si domum non haberet in
civitate pisana si haberet predia et posse-
ssiones in civitate vel comitatu pisano
possint et debeant destrui et devastari
funditus per quemlibet offitialem communis
pisani iurisdictionem habentem de malefitiis
cognoscendi infra octo dies a die commissi de-
licti. pena cuilibet offitiali negligenti ad
predicta mille librarum denariorum de suo sala-
rio retinenda eius tempore sindicatus.
Super quo possit et debeat specialiter sin-
dicari. pena simili auferenda per maiorem
sindicum a sindicatoribus ipsius si in sin-
dicando fuerint negligentes.

Nota quod est penale

C. quod sindicus communis pisani super malefitiis aliquibus seu delictis vel quasi non possit fieri concordia.

C. xviiii.

Et malefitia puniantur duximus statuen-
dum quod per sindicum communis pisani vel
per aliquem magistratum civitatis nomine
dicti communis non possit seu debeat quo-
quo modo iure causa seu forma quom-
odocumque aut qualitercumque directe vel
indirecte alicui communi corpori collegio
universitati vel singulari persona fieri con-
cordia super aut de aliquo processu cri-
minali seu contentis in eo pendente seu qui
penderet in posterum occasione quacumque
et quovis iure vel modo in curiis domi-
norum potestatis capitanei maioris sin-
dici vel alterius eorum vel alicuius offitia-
lis communis pisani quovis offitio funge-
retur. Et si fieret talis concordia sit ipso
iure nulla et nulli possit seu debeat in
iuditio vel extra quomodolibet applicari
aliquo alio capitulo statutorum communis
pisani in contrarium dicente vel aliter disponente
quomodolibet non obstante.

C. nulli exbampnito con[...] possit vel debeat salvus conductus vel securitas dari [...]

C. xx.

Statuimus quod per dominos priores
artium vel alios magistratus vel per
dominum potestatem capitaneum vel ali-
quem alium offitialem communis pisani
presentem vel futurum non possit seu
debeat ullo modo vel quovis colore que-
sito quomodocumque aut qualitercumque
dari seu concedi aliqua securitas licentia
vel salvus conductus alicui exbampnito
vel condempnato dicti communis occasione
quacumque presenti vel futuro quomodo-
libet veniendi ad civitatem vel burgos
pisanos seu standi vel morandi in civitate
vel burgis predictis modo aliquo seu
forma sub pena et ad penam mille li-
brarum denariorum pro qualibet et vice
qualibet de facto auferendam per maiorem
sindicum. Et si offitialis forensis fuerit
de suo salario auferendam et retinendam
eius tempore sindicatus ad instantiam cui-
cumque. Et nichilominus talis licentia
sive salvus conductus non teneat ipso iure.
Et quod super predictis omnibus quilibet

Penale est

contra faciens possit et debeat spetialiter sindicari pena simili a sindicatoribus auferenda si in premissis negligentes fuerint vel remissi.

De pena advocati procuratoris vel alterius cuiuscumque de quota litis pascentis vel ementis seu alio recipientis ius seu actionem de quo lix vel controversia fuisset vel esset.

C.º xxi.º

Statuimus quod advocatus procurator vel quicumque alius quomodolibet cum aliquo pascens de quota litis vel emens seu quovis alio titulo recipiens vel acquirens aut emi recipi vel acquiri faciens ius aliquod vel actionem de quo seu qua lix vel controversia aliqua fuisset vel esset, et occasione talis pacti emptionis receptionis vel acquisitionis litem fecerit seu fieri fecerit quoquo modo et probaretur condempnari possit et debeat comuni Pisis per dominum potestatem dominum capitaneum dominum sindicum vel alterum eorum ex offitio vel ad instantiam cuiuscumque in duplo extimationis iuris vel actionis vel rei empte vel titulo donationis vel alio suscepte seu parte. Et pro falso et etiam metriari debeat et mitram ferre tubis precedentibus per totam plateam Civitatis Pisis. Et si offitialis in condempnando aliquem contrafacientem in premissis vel aliquo premissorum seu exequendo fuerit negligens vel remissus ipso facto et vice qualibet incidat in penam quingentarum librarum de suo salario auferendarum eius tempore sindicatus.

penale est

De pena offitialis forensis recusanti non facientis scribi condempnatos in camera conservatorum et massariorum.

C.º xxii.º

Ut efficax executio fieri possit et debeat contra quoscumque tam condempnatos quam condempnandos quacumque ratione vel causa et ut conservatores monete seu massarii in eorum preiuditium nichil possint solvere vel aliquid concedere talibus condempnatis seu imposterum condempnandis contra exigentiam statutorum comunis Pisis Statuimus quod de cetero quilibet offitialis forensis comunis Pisis qui condempnationem aliquam tulerit contra aliquem vel aliquos quoquo modo iure causa seu forma possit teneatur et debeat infra secundam diem Sub pena quingentarum librarum denariorum de suo salario auferendarum vice qualibet in cameris conservatorum et massariorum comunis Pisis per notarium qui rogatus fuerit de tali condempnatione registrare et registrari facere in registris utriusque camere per ordinem alfabeti quelibet qui per talem offitialem fuerit quomodolibet condempnatus pro aliquo malefitio crimine delicto vel quasi sub compendio describendo et describi faciendo nomen condempnati cum pronomine cognomine loco quantitate seu qualitate condempnationis et tempore late condempnationis Ad hoc ut faciliter valeant inveniri. Et sic possit et debeat in perpetuum observari.

penale est

Quod condempnationes in membranis ligate sub tabulis per offitiales forenses in fine offitii restituantur.

C.º xxiii.º

Ne defraudi subtractio alicuius condempnationis in armario comunis Pisis fieri possit vel fraus aliqua machinari duximus statuendum Quod de cetero potestas et Capitaneus et quilibet alius offitialis comunis Pisis possit teneatur et debeat omnes et singulas condempnationes criminales quas quomodocumque et qualitercumque tulerit contra aliquem vel aliquos quoquo modo describere et describi facere in membranis et copias condempnationum penes ipsos remanere debentes penes ipsos durante tempore offitii ipsorum in fine offitii eorum et cuique eorum tempore restitutionis librorum restituere sub tabulis ligatas et capitulatas in ordine temporis prout decet ipsas sic sub tabulis ligatas et ordinatas restituere massariis comunis Pisis una cum aliis libris tempore debito et consueto in superfitie tabule depingi faciendo arma talis offitialis qui tales condempnationes tulerit quoquo modo. Sub pena et ad penam pro quolibet negligente seu recusante et vice qualibet quingentarum librarum de salario cuiuscumque auferendarum et retinendarum eius tempore sindicatus. Super quibus quilibet possit et debeat spetialiter sindicari sub dicta pena a suis sindicatoribus auferenda si fuerint in sin

penale est

penale est

dicando et condempnando quomodolibet neglig entes aliquo non obstante.

Quomodo restituendi processus, condempnationes et libros officialium forensium in fine officii

R(ubric)a xxiiii

Volentes fraudis materiam amputare duximus statuendum quod decetero tempore restitutionis processuum librorum et condempnationum dominorum potestatis capitanei maioris sindici et aliorum quorumcumque offitialium forensium civitatis Pistorii talis offitialis qui talem restitutionem faceret seu fieri faceret teneatur et debeat tales libros processus et sententias sigillatos suo sigillo nec non sigillo cancellarii comunis Pistorii restituere et consignare seu consignari facere massariis comunis Pistorii. Et in casu quo sindicatores talis offitialis opus haberent videndi seu examinandi tales libros processuum sive condempnationum quod eis liceat quoque videre et examinare prout fuerit oportunum et denique expleto sindicatu eo die vel ante tales libros et condempnationes sigillo talis offitialis seu sigillo consultoris talium sindicatorum si offitialis abesset et sigillo dicti cancellarii sigillatos restituere massariis dicti comunis. Qui massarii teneantur et debeant condempnationes mictere et consignare offitialibus armarii dicti comunis prout extitit consuetum. Libros autem et processus restituere debeat successori talis offitialis tempore debito et consueto. Ita tamen quod ante restitutionem huiusmodi per ipsum cancellarium revideri debeant si sigilla essent in parte aliqua devastata. Et si devastata reperirentur in parte aliqua quod ipsi massarii ipso facto et vice qualibet puniri et condempnari debeant per offitialem cui talis restitutio fieri deberet in mille libris denariorum pena simili offitiali auferenda si offitialis fuerit negligens in puniendo et exequendo quomodolibet vel remissus aliquo non obstante.

penale est

Quod nullus qui esset exbannitus vel condempnatus vel cum armis inventus possit ad aliquod offitium eligi per se vel alium etc.

· xxv ·

Cernimus cum mala consuetudine sit inductum quod exbanniti seu condempnati vel reperti cum armis variis coloribus in ambaxiatores seu castellanos vel ad aliud offitium cum salario a comuni Pistorii percipiendo assumuntur, ne talis invalescat consuetudo maligna quod decetero nullus qui esset vel erit imposterum exbannitus seu condempnatus dicti comunis pro aliquo crimine delicto vel quasi quacumque ratione vel causa vel qui esset cum armis inventus vel erit infuturum possit vel debeat per se vel alium eligi vel assumi directe vel indirecte vel quovis colore quesito ad aliquod offitium seu ambaxiatam vel exercitium aliquod cum salario vel emolumento suscipiendo de publico nisi postquam solverit condempnationem per octo dies. Dum tamen post dictum tempus nec ante occasione vel causa compensationis seu restaurationis quantitatis predictorum vel alicuius eorum occasione solute in comune directe vel indirecte non possit eligi deputari ad ambaxiatam vel offitium aliquod vel exercitium assumi aliquo colore quesito. vel aliquid propterea vel ob id sibi vel alteri pro eo seu eius occasione vel causa dari vel concedi debeat quoquo modo de pecunia bonis vel rebus dicti comunis quomodocumque aut qualitercumque. Et si secus vel aliter fieret, quod actum fuerit non teneat ipso iure. Et quilibet contrafaciens ipso facto incidat in penam quingentarum librarum. Super quibus priores et camerarii, et alii magistratus dicte civitatis si contrafecerint in aliquo possint et debeant spetialiter sindicari et de facto puniri per maiorem sindicum in dicta pena. eidem si neglexerit ipso facto de suo salario eius sindicatus tempore auferenda. Et si conservatores vel massarii aliquid alicui solverint contra dictam formam incidant in dictam penam.

penale est

Et nichilominus de eorum proprio soluisse intelligantur aliquo non obstante.

Quod instrumentum armorum licentia nulli concedi possit vel debeat vigore alicuius arbitrii, nisi de consensu in adunantia generali.

Capitulum xxvi.

Ad removendum quelibet pericula et civiles discordias, que ex armorum licentia sepenumero in Civitate emergere consueverunt, duximus statuendum quod de cetero nulli magistratui Civitatis pisane quocumque fungeretur arbitrio vel offitio seu potestate etiam ex arbitriis emanantibus quomodolibet ab Adunantia generali sit licitum vel permissum concedere vel quomodolibet dare alicui licentiam aliquam seu facultatem arma portandi per Civitatem burgos vel sub burgos pisanos aut per castra comitatus pisani aliquo iure vel modo vel quovis colore quesito quomodocumque aut qualitercumque, nisi primo et ante omnia in Adunantia generali artium et artificum Civitatis pisane facta fuerit specialis proposita, et declaratio cause et nominis cui et quare concedi debeat et possit. Et aliter vel alio modo non. Non obstante quod aliquis magistratus haberet potestatem generalem vel arbitrium aliquod ab Adunantia generali concedendi statuta vel corrigendi, vel aliud quoquo modo, cum clausulis generalibus derogatoriis vel suspensivis vel specialibus quoquo modo. Et si secus fieret ipso iure sit nullum. Et nichilominus contra vel preter dictam formam vel secus concedens ipso facto et vice qualibet incidat in penam Quingentarum librarum. Et siquis offitialis observaverit huiusmodi licentiam ipso facto et vice qualibet incidat etiam in dictam penam de suo salario auferendam eius tempore sindicatus. Statuentes quod presens capitulum non possit in aliquo tolli vel suspendi vel ei derogari quomodolibet vigore cuiuscumque arbitrii quod concederetur inposterum generaliter vel specialiter per Adunantiam generalem, nisi de eo fuerit in Adunantia facta specialis proposita et mentio et provisio. Et aliter vel alio modo non. Et secus facta non teneant ipso iure. Et siquis inventus fuerit arma portare contra vel preter formam statutorum presentium vel aliorum hactenus editorum quod ipso facto possit et debeat puniri in penis prout continetur ex serie presentium statutorum in presenti volumine contentorum. aliquo non obstante.

Penale est.

Pot. penam dampnorum suspendi de facto

In nomine domini Amen. Anno domini
Millesimo trecentesimo Nonagesimo primo
Indictione .xiiij. tempore domini Bonifatij
pape noni. Die tertio mensis decembris.

Consilio dominorum priorum et Camerari
orum artium Civitatis pisis. de ma
ndato Magnifici viri francisci de sco
tis de plebe setia hon. Capitanei populi
pisini. ad sonum campane et tubarum
vocem ut prioris in palatio residentie
Magnificorum dominorum dominorum priorum ar
tium Civitatis pisis in palatio residentie
dominorum priorum artium more solito in au
dientia solita congregato. In quo quidem
consilio interfuerunt domini priores artium
omnes decem, et camerarij numero
.xliiij. Qui omnes insimul volentes
circha infrascripta et quodlibet ipsorum salu
briter providere. deliberatis primo
die heri precedente inter dictos dominos
priores et hodie inter dictos dominos pri
ores et camerarios. Et exhibitis consilijs
et obtemptis super quolibet infrascriptorum
partitis partim ad bussolam et fabas, et
partim de levando ad sedendum prout in
ferius apparebit secundum formam statu
torum et ordinamentorum comunis pisis. Ex o
mnibus auctoritate potestatibus arbitrijs et bai
lijs prefatis dominis prioribus et camera
rijs concessis et attributis quoquo modo
a comuni pisis. Et maxime et presertim ab
adunantia generali artium et artistarum
dicte civitatis de mense proxime preterito
celebrata. de qua sumpsit constat manu mei
notarij infrascripti. providerunt et statu
erunt omnia et singula infrascripta et quod
libet ipsorum videlicet.

In primis ut fraudes et crimina extir
pentur. que sub pena obtentu beneficij
seu premij rebanimendorum exbanitorum seu
condenatorum tam consequuti quam consequendi commi
cti possent protinus extirpentur. pro statu
pace et concordia civium statuit decet. Statu
erunt quod nulli de cetero cuiuscumque conditionis
gradus habitus seu dignitatis existat sive
licitum vel permissum modo aliquo, iure
causa seu forma vigore cuiuscumque be
neficij quod consequeretur in posterum occa
sione seu causa interfectionis alicuius
rebellis comunis pisis presentis vel futuri
seu captionis et ductionis alicuius rebellis
comunis pisis in fortia comunis pisis. seu occasione
vel causa revellationis alicuius tractatus
revelati vel revellandi quolibet decla
rare seu rebanire aliquem exbanitum
et condenatum dicti comunis presentem vel futu
rum seu exbannitum tantum, vel condenatum
tantum. Qui non fuisset exbanitus et con
denatus seu exbanitus tantum seu condenatus
ante quam tale beneficium aliquo dictorum
casuum fuerit quolibet assequutus.
ille qui talem nominationem seu reba
nitionem faceret quoquo modo. Et si secus
fieret, quod factum fuerit non teneat ipso
iure. Et offitiales armarij et eorum
notarij principales et quicumque alius
offitialis comunis pisis. qui quolibet contra
seu preter dictam formam aliquem ex
banitum, seu condenatum, seu exbanitum
tantum quolibet cassarent, seu cancella
rent in dicto armario vel alibi, inter
de libris processuum seu condenationum
aliquem qui non fuisset exbanitus et
condenatus ante huiusmodi beneficium
consequutum ipso iure et vice qualibet.
et pro quolibet incidat et incidisse intel
ligatur in pena quingentorum florenorum de a
uro et pena falsi. Et Et quoniam propter
beneficia hactenus propterea per aliquos con
secuta, sub predictis pretextu multa fiunt

manifeste asseritur crimina sint comissa.
Ut provideatur in posterum materia delinquendi
Statuerunt quod nulli cuiuscumque conditionis gra
dus vel habitus existat sit de cetero licitum
vel permissum quovis iure modo vel for
ma, iure seu causa alicuius beneficii aliquo
dictorum casuum qualibet pro preterito con
quiti declarare vel rebanire aliquem
exbanitum tamen, vel condenatum tamen. Et quod
offitiales armarii et eorum notarii princi
palis vel aliquis alius offitialis dicti comunis
sub dictis penis et qualibet earum ipso iure
et vice qualibet, et cuilibet infligendis
non possint vel debeant cassare vel can
cellari facere in dicto armario vel alibi
propterea, vel ob id aliquos processus
seu condenationes, qui vel que ante pre
sentem diem cassi et cassa non essent.
Itaque in futurum nulla sit aut esse possit
vel debeat potestas vel facultas eisdem
vel alicui ipsorum cassandi seu cancellandi
de cetero, processus vel condenationes exca
nsis ante dictis pro beneficiis in preteritum
consequutis. Set dumtaxat pro beneficiis
in futurum consequendis iuxta exigentia pre
missorum, et non aliter, vel alio quovis modo
decernentes quod imposterum ille numerus sta
tum qualitate servata, et etiam servatis
aliis probationibus et declarationibus fa
ciendis que requiruntur secundum formam
statutorum de tali materia disponentium
possit declarari, et rebanniri per illos qui
aliquod beneficium consequerentur in futurum
aliquo dictorum casuum sicut in huiusmodi
statutis exprimitur. Non obstantibus supra
dictis vel alicui predictorum. Aliquibus sta
tutis dicti comunis in contrarium vel aliter di
sponentibus quoquo modo. Adhimentes ex
nunc potestatem et facultatem cuilibet
declarandi seu rebanniendi aliquem vel
aliquos exbanitos seu condenatos nisi
prout superius continetur. Aliquo non obstante.

Item nebaniti seu condenati dicti comunis
presentes vel futuri, sub aliquo salvo con
ductu seu licentia vel securitate resident

in suburgis vel comitatu pisano. Set fiat contra
eos debita punitio sicut decet. Statuerunt
quod in futurum nulli exbanito seu condenato
dicti comunis presenti vel futuro. Seu exba
nito tamen, vel condenato tamen possit vel de
beat aliqua securitas vel salvus conductus
concedendi per dominos priores vel alios ma
gistratus Civitatis pisane presentes vel
futuros, quoquo modo iure causa seu for
ma standi, vel quolibet morandi in subu
rgis vel comitatu pisano, seu ad ipsum co
mitatum vel suburgos quolibet veniendi
nisi dumtaxat pro negotiis more contra
nentibus statum comunis pisani, et non alia causa
quoquo modo directa vel indirecta. Et pro
octo diebus dumtaxat tempore cuiuslibet
offitii prioratus obtempto partito ad mi
nus per septem ex dominis prioribus ad se
cretum scruptinium, et aliter vel alio mo
do. Et aliter non teneat ipso iure. Et
quilibet contra faciens incidat in infrascriptam
penam. Salvo quod si necessitas flagitaret
pro dictis negotiis comunis prefati de maiori
tempore providere standi in suburgis vel
comitatu seu veniendi Obtempto par
tito deposito per novem priores ad mi
nus in concordia ad bussolam et fabas albas
et nigras ad secretum scruptinium et per
duas partes consilii camerariorum dictum
similiter obtempto partito ad bussolam et
fabas ad secretum scruptinium, possit proro
gari terminus octo dierum, vel de maiori
tam congruo et competenti providere. Prout
dictis dominis prioribus et camerariis vi
debitur opportunum. Et si secus fieret ipso
iure non teneat. Et concedens vel servans
et scribens talem salvum conductum licen
tiam vel securitatem vel sigillans ipso facto
et vice qualibet, incidat in penam Quin
gentorum florenorum de facto per quolibet offitia
lem comunis pisani auferendorum. Et si offi
tialis fuerit de suo salario retinendorum
eius tempore sindicatus. Ad civitatem
autem pisanam seu suburgos veniendi vel
standi, seu aliter morandi aliquis salvus

conductus securitas vel licentia alicui ex
bannito et condenato, seu exbannito tantum
vel condenato tantum dicti comunis presenti vel
futuro concedi non possit vel debeat aliqua
ratione vel causa quocumque, aut quo-
qualitercumque, sub dictis penis a quo-
libet ut supra premictitur auferendis.
Et nichilominus quod secus fieret, non
teneat ipso iure. Et nullus offitialis possit
vel debeat talem securitatem, salvum
conductum vel licentiam sigillare vel quo-
libet observare sub pena predicta. Aliquo
quod loqueretur in contrarium non obstante.

penat.

grano vel blado ad forum ... non portando ... vendendo et de pena

] Item ut pro nutrimento et abundantia
populi pisini granum seu bladum
extra teritorium non feratur, et cesset oc-
casio deferendi, unde maxime asseritur
asportari, Statuerunt quod decetero ad fo-
rum talernarum montis Albani seu nul-
nas quolibet non possit vel debeat por-
tari, seu micti, aut vendi granum vel ali-
ud bladum genus. Et siquis repertus
esset, vel inventus quolibet mictere por-
tare vendere, seu portari, vel vendi facere,
quod ipso facto amictat granum bladum et
bestias et animalia, et incidat in penam
bonis et persone. Et quod cuilibet sit lici-
tum et permissum talem euntem, seu
vendentem capere, et granum bladum
seu animalia arestare, et ducere, et pre-
sentare in fortiam comunis pisis. Et
habeat quartam partem eorum que vene-
rint propterea in comuni. Alia quarta
pars sit et esse debeat offitialis exe-
qutionem facientis. Et dimidia sit
comunis pisis. Siquis autem extra comi-
tatum pisis granum seu genus aliquod
bladi portaret possit et debeat non
ad ipsum forum divertere. Sed ad civi-
tatem pisis portare libere et impune.
Itaque in dicto foro ut supra exprimitur
nullatenus vendi possit et ad ipsum portari.

Nota quod de devenis (?) quartam

... exequenda ... devetum.

] Item statuerunt pro augmento abun-
dantie supradicte quod contra deferentes
bladum granum animalia seu aliquam
rem consistentem, pondere numero vel me-
nsura contra seu preter devetum quod statuta
amore abundantie vel alterius amore
super tali materia edita sub anno domini
Mcccxxxviii de mense aprilis possint et
debeant in omnibus et singulis, et quo ad
omnia et singula in ipsis contenta exequi et
observari. Que quidem statuta ex nunc
confirmaverunt, et denovo, et noviter sta-
tuerunt. Aliquo non obstante.